DE

LITHIASI ENDEMICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE ILLUSTRIS MEDICORUM MARBURGENSIUM ORDINIS

PRO

SUMMIS IN MEDICINA, CHIRURGIA ARTEQUE OBSTETRICIA

HONORIBUS ATQUE PRIVILEGIIS

RITE CAPESSENDIS

DIE XII. MENSIS MARTIS MDCCCXLII

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

F. EMIL. WINDEMUTH

HASSO-CASSELLANUS.

MARBURGI.

TYPIS HIERONYMI HOTOPII CASSELLANI.

VIRO

EXCELLENTISSIMO, PERILLUSTRI

CAROLO FREDERICO HEUSINGER,

MEDICINAE DOCTORI ET PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO,
INSTITUTI MEDICO-CLINICI DIRECTORI

SACRUM.

Diuturnam apud posteros memoriam consequuntur, qui tam ingenio quam fortuna florentes praeclare factorum illustria reliquerunt documenta. Laudantur principes, qui praestantem in administranda civitate prudentiam posuerunt: ore et literis omnium celebrantur docti homines, qui judicii subtilitate artes ac doctrinas adjuverunt: obversatur oculis imago virorum, qui aequitate et justitia severe custodita insigne bonis omnibus exemplum pruebuerunt. Quam gloriam non adepti essent, nisi per vitae diuturnitatem ad altius quiddam et magnificentius adspirassent.

Talium tamque praestantium virorum laudem et *Tu*, *Vir Maxime Spectabilis*, assequutus es multis et magnis in totam medicinam meritis. Veneramur Te omnes magistrum, ingenio, doctrina,

docendi facultate singularem, veneramur Te benignum studiorum hortatorem, vera humanitate ac morum elegantia praecellentem.

Cujus pietatis exiguum monumentum hunc *Tibi* libellum consecravi, insignem, quam erga me exhibuisti, benevolentiam in posterum a Te precaturus.

membranae pituitariae inflammatione producuntur, neque eorum origo aut peculiari diathesi aut urinae adjumento indiget.

3) Calculi e phosphate calcico et phosphate ammonico-magnesico compositi communiter producuntur inflammatione membranae mucosae et sedimento urinae materiarum, quod tamen posterius fere semper e priore consequitur.

4) Calculi e phosphate ammonico-magnesico compositi urinae sunt sedimenta; sedimentum saepe efficitur morbo membranae mucosae, cujus secretio naturam urinae alcalinam et mutationem salium acidorum, quae facile solvuntur, in basica, quae difficile solvuntur, efficit. Attamen fieri potest, atque adeo veri simile videtur, secretionem urinae abnormalem primarie reperiri, quae nulla membranae mucosae vi idem sedimentum gignit.

5) Calculi urici, oxalici, cystici et xanthici proxime ad unam eandemque classem referendi sunt, et imprimis urolithiasin hominis conficiunt, quum alteri calculi tantummodo secundarii sint aut fortuiti. Cujus processus naturam nondum explicare possumus.

A. Nonnulli medici statum renum excitatum vel inflammatum causam esse ponunt, idque plerumque a vero non abhorret, quum ceterum neque demonstrari possit, neque veri simile esse videatur.

B. Alii medici abnormem sanguinis chemismum statuunt, omni tamen explicatione carentem; itaque.

a) receptionem conjiciunt nimii nitrogenii in alimentum, quae saepenumero probari nequit; nam *Indi* vegetabiliis tantum viventes magis hoc morbo afficiuntur, quam alii populi animantium carne vescentes.

b) abnormalem vegetationis processum, cujus tamen natura nondum est explicata. Non magis quam universa lithiaseos natura explanata est (omnes enim interpretationes propositae ferri non possunt), huc usque exponere

possumus, cur nunc acidum uricum, nunc acidum oxalicum conformetur.

Endemica lithiaseos distributio recentissimis temporibus observatorum animum suscitavit, et cl. *Heusinger* in adnotationibus ad *Willisii* Tractatum de morbis urinariis, testimoniorum copiam attulit[1]; verum tamen cum postea et multi testes novi innotuerint et amplior hujus rei expositio operae pretium esse videatur, talem tractatum proponam.

Tabulae *Heusingerianae*, qua tabula mea nititur, *Scharlingii* analyses[2]) adjungo, quas etiam *Prout*[3]) in tabulam suam de calculis recepit. Analyses calculorum *Rappii* in tabula *Heusingeriana* et in *Proutiana* inter se discrepant, sed in tabula *Heusingeriana Rappii* analyses accuratius citatae sunt, quam in *Proutiana*[4]). Analysin calculorum nosocomii *St. Bartholomaei* accuratiorem *Taylor*[5]) instituit, quam eam, quam cl. *Heusinger* ex catalogo hujus collectionis nobiscum communicavit. Analysin *Yellolii* accuratiorem, quam cl. *Heusinger* et *Prout* eam e relatione priori receperunt, ex novissima relatione[6]) *Yellolii* ipsius communico.

---

1) Loc. cit. p. 269. — 2) De chemicis calculorum vesicariorum rationibus. Hanniae. 1839. — 3) On the nature and tratement of stomach and urinary diseases. London. 1841. pag. 473. — 4) Cfr. Rapp. Ueber Harnsteine. Naturwiss. Abhandl. der Würtemberg. Gesellsch. B. I. pag. 133. — 5) Medic. Gazette vol. XXII. pag. 189. Prout loc. cit. pag. 473. — 6) Philosoph. Transact. 1830. pag. 415.

		Museum Hunteri. Brande.	Guy-Hospital. Marcet.	Manchester. Henry.	Bristol. Smith.	Norwich. Yellowly.	Londinum. Wood.	Hospitium St. Bartholomaei.	Suevia. Rapp.	Calcutta.	Haunia. Scharling.	Summa totalis.
Calculi urici.												
Acidum uricum	fere purum	16	16	—	—	164	45	18	7	4	32	302
„ „	paululumque Oxalatis calcici .	—	6	71	74	10	—	—	—	—	8	169
„ „	cum Phosphatibus parvis . .	45	—	—	—	—	—	—	—	—	—	45
„ „	paululumque Carbonatis calcici	—	—	—	—	—	6	—	—	—	—	6
„ „	Uras ammonicus	—	—	—	—	49	—	2	—	7	1	59
„ „	Uras ammonicus, Oxalas calcicus	—	—	—	—	2	—	—	—	1	—	3
„ „	Uras ammonicus, Oxalas calcicus, Phosphata	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2
„ „	Uras ammonicus, Acidum uricum	—	—	—	—	2	—	—	—	—	—	2
„ „	Uras ammonicus, Acidum uricum, Uras ammonicus . . .	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „	Uras ammonicus, Phosphata .	—	—	—	—	2	—	3	—	—	—	5
„ „	Uras ammonicus, Uras magnesicus, Phosphas magnesicus .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2
„ „	Uras calcicus, Oxalas calcicus, Phospata	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2
„ „	Uras calcicus, Oxalas calcicus, Acidum uricuu	—	—	—	—	—	—	—	—	—	27	27
„ „	Uras calcicus, Oxalas calcicus, Acidum uricum, Phosphata .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	17	17
„ „	Oxalas calcicus	—	—	—	—	10	15	1	17	6	—	49
„ „	Oxalas calcicus, Acidum uricum	—	—	—	—	5	—	—	—	—	—	5
„ „	Oxalas calcicus, Acidum uricum Oxalas calcicus	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „	Oxalas calcicus, Acidum uricum, Uras ammonicus	—	—	—	—	2	—	—	—	—	—	2
„ „	Oxalas calcicus, Uras ammonicus	—	—	—	—	4	—	—	—	—	—	4
„ „	Oxalis calcicus, Uras ammonicus, Phosphas calcicus . . .	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „	Oxalas calcicus, Phosphas calcicus	—	—	—	—	2	—	—	—	—	—	2
„ „	Oxalas calcicus, Phosphata mixta	—	—	—	—	2	—	—	—	—	—	2
„ „	Phosphas calcicus	—	—	—	—	8	—	—	—	2	—	10
„ „	Phosphas calcicus, Phosphata mixta	—	—	—	—	2	5	—	—	1	—	8
„ „	Phosphata mixta	—	—	39	12	15	18	6	9	3	13	115
Uras ammonicus	. . . .	—	—	—	—	55	5	—	1	1	3	65
„ „	Acidum uricum	—	—	—	—	21	—	2	—	—	—	23
„ „	Acidum uric., Phosphata mixta	—	—	—	—	6	—	1	—	—	—	7
„ „	Acidum uricum, Phosphas calcicus	—	—	—	—	4	—	—	—	—	—	4
„ „	Acidum uricum, Uras ammonicus	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „	Acidum uricum, Oxalas calcicus	—	—	—	—	3	—	—	—	—	—	3
„ „	Oxalas calcicus	—	—	—	—	63	—	7	2	2	—	74
„ „	Oxalas calcicus, Acidum uricum	—	—	—	—	16	—	1	—	—	—	17
„ „	Oxalas calcicus, Acidum uricum, Phosphata	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „	Oxalas calcicus, Acidum uricum, Oxalas calcicus . . .	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1

	Museum Hunteri. Brande.	Guy-Hospital Marcet	Manchester. Henry.	Bristol. Smith.	Norwich. Yelloly.	Londinum. Wood.	Hospitium St. Bartholomaei.	Suevia. Rapp.	Calcutta.	Haunia. Scharling.	Summa totolis.
Uras ammonicus, Oxalas calcicus, Acidum uricum, Uras ammonicus . .	—	—	—		7	—	—	—	—	—	7
„ „ Oxalas calcicus, Acidum uricum, Uras ammonicus, Oxalas calcicus	—	—	—	—	3	—	—	—	—	—	3
„ „ Oxalas calcicus, Acidum uricum, Uras ammonicus, Acidum uricum	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Oxalas calcicus, Phosphata . .	—	—	—	—	13	1	13	—	—	—	27
„ „ Oxalas calcicus, Phosphata, Oxalas calcicus	—	—	—	—	2	—	—	—	—	—	2
„ „ Oxalas calcicus, Phosphas calcicus	—	—	—	—	13	—	—	—	—	—	13
„ „ Oxalas calcicus, Phosphas calcicus, Uras ammonicus . .	—	—	—	—	1	—	2	—	—	—	3
„ „ Oxalas calcicus, Phosphat calcicus, Phosphata	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Uras calcicus, Uras ammonicus, Uras calcicus	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2
„ „ Phosphas calcicus	—	—	—	—	9	—	—	—	—	—	9
„ „ Phosphas calcicus, Uras ammonicus	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Phosphas calcicus, Uras ammonicus, Oxalas calcicus . . .	—	—	—	—	3	—	—	—	—	—	3
„ „ Phosphas calcicus, Acidum uricum	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Phosphas calcicus, Oxalas calcicus	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Phosphas calcicus, Oxalas calcicus, Uras ammonicus . . .	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Phosphas calcicus, Phosphata mixta	—	—	—	—	4	—	—	—	—	—	4
„ „ Phosphata mixta	—	—	—	—	22	—	13	—	—	—	35
„ calcicus, Oxalas calcicus	—	—	—	—	—	—	—	—	—	8	8
„ „ Oxalas calcicus, Phosphata . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	13	13
„ „ Oxalas calcicus, Uras ammonicus	—	—	—	—	—	—	—	—	—	7	1
Summa . .	61	22	110	86	536	95	69	36	27	131	1173

Calculi cystici.

Cystinum	2	3	2	—	—	2	2	—	—	—	11

Praeterea Prout, Wollaston, Venables, Stromeyer, Buchner, Magendie, Neill, Fegalas et Civiale calculos e cystino compositos investigaverunt.

Calculi xanthici.

In tribus tantum calculis hucusque investigatis xanthinum a Marcet, Stromeyer et Laugier inventum est. (Willis loc. cit. p. 119).

Calculi e fibrino compositi.

Horum calculorum nonnulli a Marcet, Brodie, Hodgkin, Brugnatelli, Scharling et Morin commemorati sunt. (Heusinger zu Willis p. 268).

Calculi oxalici.

	Museum Hunteri. Brande.	Guy-Hospital. Marcet.	Manchester. Henry.	Bristol. Smith.	Norwich. Yelloly.	Londinum. Wood.	Hospitium St. Bartholomaei.	Suevia. Rapp.	Calcutta.	Haunia. Scharling.	Summa totalis.
Oxalas calcicus	6	22	11	33	21	7	8	3	3	—	114
„ „ Acidum uricum	—	—	11	29	15	7	3	6	—	3	74
„ „ Acidum uricum, Uras ammonicus	—	—	—	—	3	—	1	–	—	—	4
„ „ Acidum uricum, Uras ammonicus, Acidum uricum . . .	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Acidum uricum, Uras ammonicus, Phosphata	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Acidum uricum, Oxalas calcicus	—	—	—	—	3	—	1	—	—	—	4
„ „ Acidum uricum, Oxalas calcicus, Phosphata mixta	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Acidum uricum, Oxalas calcicus, Phosphas calcicus	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Acidum uricum, Phosphata mixta	5	—	7	—	5	2	—	—	—	—	19
„ „ Acidum uricum, Phosphas calcicus	—	—	16	33	1	—	—	—	—	—	1
„ „ Phosphata mixta	—	—	—	—	20	6	13	—	3	—	90
„ „ Phosphata mixta, Acidum uricum	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1
„ „ Phosphata mixta, Oxalas calcicus	—	—	—	—	—	2	—	—	—	—	2
„ „ Phosphas calcicus	—	—	—	—	7	1	1	—	10	—	19
„ „ Uras ammonicus	—	—	—	—	3	—	1	—	—	—	4
„ „ Uras ammonicus, Oxalas calcicus	—	—	—	—	2	—	—	–	—	—	3
„ „ Uras ammonicus, Phosphas calcicus	—	—	—	—	3	—	—	—	—	—	2
„ „ Sicilea	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
Summa . . .	11	22	45	94	88	25	28	9	16	4	342
Summa calculorum uricorum, cysticorum et oralicorum . .	74	47	157	180	624	122	99	45	43	135	1526

Calculi phosphatici.	Museum Hunteri. Brande.	Guy-Hospital. Marcet.	Manchester. Henry.	Bristol. Smith.	Norwich. Yelloly.	Londinum. Wood.	Hospitium St Bartholomaei.	Suevia. Rapp.	Calcutta.	Haunia. Scharling.	Summa totalis.
Phosphas calcicus	—	3	—	1	5	2	4	—	2	2	19
„ „ paululumque Acidi oxalici	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
„ „ paululumque Carbonatis calcici	—	—	—	—	1	1	—	1	—	—	3
„ „ Phosphas ammonico-magnesicus et Phosphas calcicus	—	—	—	—	3	2	2	—	—	—	7
Phosphata fere pura	12	24	4	18	35	—	10	—	—	2	105
„ paululumque Acidi urici	66	—	12	—	—	—	—	—	17	—	95
„ mixta, Acidum uricum, Phosphata mixta	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1
Phosphas ammonico-magnesicus fere purus	—	2	—	1	—	2	1	—	—	8	95
„ „ „ et Phosphas calcicus	—	24	—	18	—	14	4	7	—	—	74
„ ammonico-magnesicus et Phosphas calcicus, Acidum uricum	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
„ ammonico-magnesicus et Phosphas calcicus, Oxalas calcicus	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	1
„ ammonico-magnesicus et Phosphas calcicus, Phosphas calcicus	—	—	—	—	2	—	—	—	—	—	2
Summa	78	53	16	38	48	22	28	8	19	12	322
Calculi Silicic.											
Silicea	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1
„ carbonas calcicus	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1
Summa	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2
Summa omnium calculorum investigatorum	152	100	173	218	672	144	127	53	62	149	1850

Ex his quaestionibus, quas inter *Yellolii*, *Woodii*, *Rappii* et *Scharlingii* maximam fidem habent, sequitur, ut ratio calculorum phosphaticorum ad summam totam sese habeat, ut 1 ad 5, 4, qui tamen numerus, id quod jam *Prout* intellexit, multo major est; ratio calculorum oxalicorum ad totam summam est, ut 1 ad 5, 3, quam et ipsam majorem esse probabile est; calculi urici ex hac computatione ad summam summarum sese habeant, ut 1 ad 1, 56. Sed cum acidum oxalicum decompositione produci ex acido urico ponamus, auctoribus cl. *Heusingero* et

Willisio, cum magna veritatis specie statui possit[1]), quinque sextimas partes omnium calculorum huc usque investigatorum esse uricas.

---

1) Rationes, quibus nititur sententia, acidum oxalicum formari decompositione acidi urici, hae sunt: 1) Lithuria sive formatio calculorum uricorum saepissime oxaluriam praecedit, calculique urici et oxalici ab aegris alternis vicibus excernuntur, cujus phaenomeni testimonia afferunt cl. *Wurzer (Brandes Archiv. 1830. B. XXIII. p. 2)* et *Civiale (Traitement medical de la pierre p. 16);* neque accutissimum *Proutium* haec observatio fugit, qui jam in secunda editione operis *Inquiry into the nature of diabetes, calculus etc.* p. 159 expressis verbis declarat „it appears that the oxalate of lime diathesis „is preceded and followed by the lithic acid diathesis, a circumstance „which seems to be peculiar to these two forms of deposit, and „which, when taken in conjunction with the other circumstances, al„ready related, appears to show that they are of the same general „nature, or in other mords, that the oxalic acid merely takes place „as it were of the lithic acid." 2) Jam ex tabula nostra intelliges, quam magnus sit numerus calculorum oxalicorum, qui nucleum uricum continent; hunc nucleum autem persaepe praetermissum fuisse, numerumque calculorum oxalicorum minuendum, contra illum uricorum augendum esse, facile conjicies, si animum advertere vis in observationem cl. *Rappii,* in cujus patria oxaluria endemica dicitur, qui vero inter 56 calculos oxalicos in 53 nucleum uricum invenit *(Tübing. nat. Abhandl. I. 1. p. 150).* 3) Modus quidem, quo talis mutatio acidi urici in acidum oxalicum eveniat, nondum explicandus est; attamen res per experimenta recentiorum chemicorum forsan in clariore luce ponitur. Docente *Liebigio* elementa harum materiarum haec sunt:

Acidum oxalicum $= C^2\ O^2 + O.$
Uril (suppositum) $= C^2\ O^2 + Cy.$
Acidum uricum $= 2$ Uril $+ 1$ Urea.

Coquendo cum peroxydo plumbi acidum uricum decomponebatur in acidum oxalicum, Allantoinam et Uream *(Wöhler u. Liebig in Annalen d. Pharmacie B. XXVI).* Simili modo *Gregory* acidum uricum ope peroxydi manganii decomposuit in acidum oxalicum, uream et novum quoddam acidum *(Reports of the british association for the advanc. of Sc. vol. IX. 1841. p. 74).* Acidum uricum in

De hac re cognitione dignissima aliae quaestiones nondum institutae sunt, et sperandum est, fore ut in iis regionibus, ubi lithiasis frequentior est, hanc rem identidem in examen vocetur.

---

organismo facilius, ut plerique existimant, decomponi posse, demonstraro videntur experimenta saepe repetita, clarissimi *Ure*, qui docet: Si cujusdam viri urina acidum uricum continet, et is acidi benzoici ($C^{14} H^{10} O^{3}$) scrupulum post coenam sumit, ejus urina ne vestigium quidem acidi urici ($C^{10} H^{8} N^{8} O^{6}$) continet, sed illius loco acidum hippuricum ($C^{18} H^{16} N^{2} O^{5}$), vid *Medico-chirurgical Transactions vol. XXIV. 1841. p. 33*). Accipias forsan, per nucleum uricum secretum membranas et vasa secernentia renum incitari; incitatione autem membranarum mucosarum ubique eveniunt secretiones acidae, evolvitur igitur oxygenium in acidum uricum secernendum eodem modo agens, quo oxygenium peroxydi plumbi vel manganii agit.

CAP. II.

§. 1.

Quomodo lithiasis in terris calidis universe sese exhibeat.

Pervulgata est opinio, lithiasin in terris calidis esse ignotam. Id quod imprimis contendit *Willis*, in regionibus tropicis, ubi cutis humana manifeste videtur esse spongii similis, lithiasin esse morbum fere ignotum[1]). In eo consentiunt ad unum fere omnes. Quae tamen opinio levibus tantum argumentis medicorum Anglico-Indicorum superioris aetatis nititur, atque imprimis sententia *Moseleyi* et Scottii. *Moseley*[2]) enim dicit *in terris inter circulos tropicos sitis* raro occurrere phthisin pulmonalem, insaniam haud crebro, scorbutum et urinae sabula raro, *lithiasin fere nunquam reperiri*. Multos, inquit, cognovisse se Europaeos, qui in patria sua sabulis laborarent, neque tamen ullum symptoma hujus morbi sensisse, dum in *India occidentali* commorarentur. Ibi morbi historiam commemorat, quae ad naturalem centurionis Anglici sanationem pertinet, qui lithiasi aegrotus ex *Britannia* in insulam *Barbadoes* transgressus prorsus sanatus sit. Altera eaque haud inferior auctoritas est *Scott*, quem *Marcet* in libro de „calcolous Disorders" laudat his verbis: „Calculorum in vesica conformatio in tropicis regionibus fere prorsus ignota est. A me vere ne semel quidem haec observata est,

1) Loc. cit. pag. 243. — 2) Abhandlung von den Krankheiten zwischen den Wendekreisen und von dem Klima in Westindien. 1790. pag. 81.

contra autem non raro, ut morbus afferretur quidem, sed ipso coelo tropico sanaretur." *Scottii* sententia pariter laudatur a *Wilsonio* in disputationibus de genitalibus virilibus, habitis in Collegio regio medicorum Londini 1821. Dicatur quidem, a *Scottio*, haec pronunciante, praecipue Europaeos esse spectatos; sed prima verba ab eo citata latius patent, quam ut huc referantur, consentientibus plerisque lectoribus. *Smith* in „statistical inquiry into the frequenty of stone in the bladder[1])", *Hutchinsonio* auctore, censet, *Jamaicae*, *Antiguae*, *Barbatae*, *Gibraltariae*, *Melitae*, in *Promontorio*, *Melangis* et in terris *Anglorum* extraneis universe operationem calculorum excidendorum nunquam exercitam esse.

Quam autem opinionem falsam esse, vel historia probasset, quum apparatus altus lithotomiae in ipsa *India* jam ab antiquissimis temporibus notus esset factus, eodem modo lithotritia, quam *Arabes* ex *Indicis* fontibus cognoverant. Illa vero sententia etiam nunc recentiore rerum usu in *India* corruit. Nam lithiasis *Calcuttae*, ad sinum *Bengaliae*, *Melangis*, *Perimudae* et aliis locis tropicis satis crebro observabatur, id, quod in sequentibus probabitur.

§. 2.

Lithiasis in *India orientali*.

In India orientali medici primum docti sunt, illam de lithiaseos in calidis terris raritate opinionem omni fundamento carere. „Ita *Burnard*[2]) de hujus opinionis causis. In *Europa* „„inquit,"" hujus morbi auctoritates virorum ab optimis scriptoribus ea de re laudatorum sine ulla dubitatione receptae sunt, et paucis illis *Indiae orien-*

---

1) In Medico Chirurg. Transactions vol. XI. part. 1. — 2) On urinary calculi in natives of Bengal. Transactions of the medic. and physic. society of calcutta. vol. V. pag. 249.

talis medicis, quibus hujus sententiae tentandae occasio oblata erat, aut voluntas deerat, aut via atque ratio, ut rei summam cum aliis copiosius communicarent. Causae, quae plerumque de lithiasi in calidis regionibus rariore, quam in aliis, afferuntur, ad majorem cutis reactionem et urinae secretionem minorem referuntur. Lex naturalis est, ut ait *Richerand*, ut, quo magis organum vel systema organicum commoveatur, eo magis ad morbos propendeat, qui ejus actionem conturbent. Inde nascuntur morbi cutis in calidis regionibus, et quum secretionem utriusque systematis organici alteram altera compensari constet, opus est, cutis proprietatem cum urinae secretione conjunctam in omnibus morbis observari. In diabete cutis sicca aridaque est praevalens symptoma, et quicunque lithiaseos casus mihi innotuerit, nunquam sudores regulares animadverti. Vaga plerumque medicorum militarium vita in primis praxeos medicae annis, quibus summum quidem studium adhibere solent, paucae occasiones, quae illis ad consuetudinem cum populi multitudine exercendam offeruntur, tempus denique atque societas, quibus opus est ad fidem comparandam, haec omnia in causis sint, cur falsae istae impressiones perdurarint. Aliud impedimentum est instrumentorum inopia; nemo enim illuc transgressurus de apparatu ad calculos excidendos cogitat, donec ei vir illustris, quem optimum hujus rei auctorem judicat, referat, eum morbum in *India* non inveniri. Huc accedit, quod multi medici a cura mali tantius momenti abhorreant, quae res sane ex tenui rerum usu et e difficultate doctrinae anatomicae exercendae proficiscitur."

Alius scriptor, qui lithiaseos in *India orientali* frequentiam testatur, est *Lindsay*[1]), tradens se indigenam,

---

1) Case of lithotomie, performed by a native, communicated by A. K. Lindsay. Transact. of the medic. and physic. Society of Calcutta. vol. IV. p. 440.

cui nomen esset *Luchnum Singh*, ex ordine medicorum, vidisse calculos excidentem apparatu minore. Atque ille medicus indigena sese jam centies quinquagies calculos excidisse dixit; quo ex numero quindecim tantum interiisse.

Calculorum frequentia in *India orientali* etiam ex multis aliis argumentis medicorum Anglico-Indicorum consequitur, unde elucet, indigenas jam multa per secula in calculorum excidendorum artem penitus sese insinuasse. Ita *Playfair* [1]) descriptionem tradit instrumentorum, quibus indigenas tales operationes prospero cum successu suscipientes vidit. Hinc descriptioni adjunxit ipsa etiam instrumenta, quae erant culter atque obtusus uncus, vecti angusto similis.

Pari modo *Casanova* [2]) opinionem de calculorum in *India* raritate vituperat, quam falsae diagnosi medicorum auctoritate deceptorum imputat, multosque calculorum casus, quos ipse excidit, addit.

Burnard, qui magna cum industria hujus morbi in *India* frequentiam observabat, affert [3]), operationem saepe ab indigenis in diversis *Indiae* partibus factam esse. Sed quum horum operatorum numerus exiguus lateque diffusus esset, plerisque calculo aegrotis aditum huc non patere, id quod e verbis nonullorum *Hakeems* (i. e. medicorum *Arabum*) aliorumque virorum eruditorum, quibuscum ea de re locutus est, apparuit. Omnes enim morbum bene norant, sed uno ore consentiebant, se artem calculorum excidendorum vel rationem sanandi ignorare. *Burnard* ipse lithiasin saepe observabat et in nosocomio indigenarum *Benarensi*, ubi munus ei anno 1826 mandatum est,

---

1) Transact. of the med. and phys. Society of Calcutta. vol. VIII., part. I. append. pag. LXX. — 2) Transact. of the med. and phys. Society of Calcutta. vol. VI. pag. 435. — 3) Transact. of the medic. and physic. Society of Calcutta. vol. V. pag. 252.

et quo septena millia aegrorum quotannis recipiuntur, multos calculos excidebat, quarum operationum recensionem postea in publicum emisit[1]). Lithotomiae ab eo factae ex ejus relatione ab Octobri anni 1826 usque ad Januarium 1835 ad quadraginta sex auctae sunt. ***Burnard*** idem calculos chemicorum more investigabat.

Brett quoque multos lithiaseos casus affert, et operationes indigenarum, quas instituit inde a mense Martio anni 1829 usque ad Decembrem anni 1834, nobiscum communicat[2]); earum quinquaginta duae erant, qui numerus magnus est, ex quibus sex tantummodo ad irritum ceciderunt. Plerique calculi ab eo extracti complures drachmas, nonnulli etiam unam ad tres uncias pondo valebant.

Quin etiam calculos in liberis indigenarum inveniri, ex narratione *Lindsayi*[3]) prodit, qui ipse in puero sex annorum lithotomiam fecit et calculum, qui avellanae magnitudinem habuit, removit.

King, qui etiam *Patnae* calculorum frequentiam observabat, operationis etiam methodum medici indigenae copiose descripsit in „memorandum relative to a native Lithotomist“[4]), narravitque hunc indigenam contendisse se triginta quinque lithotomias fecisse.

---

1) Transactions of the med. and phys. Society of Calcutta. vol. V. pag. 258 et vol. VIII., part. I. append. pag. XXV. — 2) Transact. of the med. and phys. Society of Calcutta, vol. V. pag. 261, et vol. VIII. part. I. append. pag. XII. — 3) Case of lithotomie on a Hindo child by *A. K. Lindsay.* Transact. of the med. and phys. Society of Calcutta. vol. V. p. 274. — 4) Transact. of the med. and phys. Society of Calcutta. vol. V. p. 442. *King* tradit: „The instrument he uses, is something like a clumsymade penknife, and he describes his mode of operating, as follows. The patient being put in a convenient posture, and held firmly by several persons; an assistant presses the lower part of the abdomen, in the direction of the pelvis. The operator introduces his fore and middle fingers into the rectum, and crooking them so as to obtain a hold of the stone, he brings it towards

Bengalia maximis temperaturae vicissitudinibus obnoxia est, aer est humidus, solum pingue et feracissimum, alluvionibus conflatum est.

§. 3.

De lithiasi in insulis Mascarenis.

In Insula St. Mauritii (Isle de France) jam oculatissimus *Péron*[1]) magnum morborum urinae numerum animadverterat: „toutes les affections des voies urinaires s'y présentent en nombre veritablement extraordinaire, ce qui paroit dépendre surtout de la qualité des eaux, qui d'aprés les analyses chimiques de *M. Deslisse* contiennent une très grande proportion de carbonate calcaire.“ Ipsi medici *Franco-Gallici* de magna lithiaseos in *Mascarenis* frequentia referunt. Affectio calculosa renum in insula *St. Mauritii* ita est gravis, atque symptomata tanta cum vehementia evalescunt, ut totae familiae has regiones relinquere cogantur. Ita *Civiale*[2]) narrat, qui (quod magni habendum est) morbi intensitatem, trajectu in temperatam coeli temperiem facto, valde minui observabat. Huc affert *Civiale* accuratiores morborum narrationes[3]). Idem in calculis illic occurrentibus eadem discrimina chemica animadvertit, qualia apud nos reperimus; atque illic quoque eos exponit esse creberrimos, qui ex Acido urico vel ex Urate ammonico constant.

Solum, docente d'*Unienville*[4]), *insulae St. Mauritii*

---

the perinaeum, till it becomes prominent there, He then makes an incision over the stone (on one side of the rapha, and about an inch from the anus) and extracts it. The urine passes through the wound for some days; and the cure is generally completed in from twelve to twenty days.“ — 1) *Péron*. Voyages. vol. I. p. 54. — 2) Traitement de la pierre et de la gravelle. Paris 1840. p. 181. — 3) Loc. cit. p. 182. — 4) Statistique de *l'Isle St. Maurice* par le baron *d'Unienville*. Paris 1838.

e formationibus vulcaneis compositum est; coelum est quale in tropicis regionibus esse solet, temperies autem saepe variat. *Montgomery Martin*[1]) haec refert de solo hujus insulae: „The soil of *Mauritius* is in many parts exceedingly rich, in some places it is a black vegetable mould, in others a bed of solid clay or quaking earth, into which a stake of 10 feet in length may be trust without meeting any resistance. The surface of the plain at *Port Louis* is of coralline or calcareous rock, with a slight covering of vegetable soil; at the field of Mars it is a bed rich clay mixed with flints", ect.

§. 4.

De lithiasi in *Asia minore*.

Pauca tantum habemus, ex quibus apparet, lithiasin etiam in Asia minore morbum esse satis frequentem. Ita *Civiale* septimo Februarii die anni 1831 in consessu Academiae litterarum Parisiensis litteras Franco-Galli, qui Bagdadi munus mandatum habet, publicavit[2]), in quibus refertur, chirurgum germanicum, nomine *Martin*, annis 1827 usque ad 1828 calculos circiter duodecim lithotritia removisse, semperque rem bene successisse, praeterquam quod semel in puero propter calculi magnitudinem res ad lithotomiam pervenit.

§. 5.

De lithiasi in Persia.

Inter Persos Muhammedanos lithiasin fere prorsus ignotam esse, quamquam Armenios valde ea vexari, tradit eques *Chardin*[3]), cujus tamen notationes saepe du-

1) Colonial Library. vol. III. pag. 285. — 2) Gerson. u. Julius. Magaz. vol. XXIII. pag. 371. — 3) Berliner Sammlung der neuesten Reisebeschreib. vol. VI.

biae atque incertae sunt. Terrae solum constat ex altis montibus et desertis arenosis; pars a Tauro septentrionem versus sita est frigida, et, licet aestates calidas, tamen hiemes rigidas cum nive habet; contra *Schirias*, a Tauro meridiem versus sita, calida est et arida[1]).

§. 6.

De lithiasi in *Aegypto*.

Eam in Aegypto saepe inveniri jam *Prosper Alpinus* contendit. „Multa alia", inquit[2]) (mala) existunt, quae sparsim multos offendunt, quales sunt leprae, elephantiasis, herniae, arthritis, catarrhi maligni ad pulmones, obstructionis, inflammationes et scirrhosi tumores, stomachi cruditates, flatus hypochondriaci, melancholiae, *renum vesicaeque calculi*". Porro idem[3]) „Renes," ait, „permulti contraxerunt ex immodica venere valde calidos, ac debiles, in quibus cum multa confluat ea, qua corpora illa scatent, cruditatum copia, non erit mirum *eos saepissime calculis conflictari*, et ulcera etiam in iis pati. Calculorum etiam maxima iis occasio esse solet, aqua non recte purgata clarefactaque, quae quia diuretica est, facile ad renes permeat, terramque secum ducit, quae amplius calore siccata, in calculos mutatur." Etiam *Clot Bei* dicit[4]), lithiasin in *Aegypto* admodum esse crebram, se ipsum plus centum sexaginta lithotomias fecisse, censetque, ea re opinionem eorum prorsus refelli, qui tamquam causam primariam lithiaseos coelum humidum frigidumque et continuum carnium usum habent. Idem in *inferiore terrae parte* numerum eorum, qui lithiasi aegrotant, multo majo-

---

1) *Buesching*, Wöchentliche Nachrichten vom Jahr 1783. — 2) *Prosper Alpinus* de medicina Aegyptiorum. ed. *Friedreich*. vol. I. pag 102. — 3) Ibid. pag. 106. — 4) Apercu general de l'Egypte 1840. vol. II. pag. 345.

rem esse statuit, quum in *Aegypto superiore* is morbus fere nunquam inveniatur; nullam tamen hujus phaenomeni causam adduxit. — Eodem tempore litterae quoque publicatae sunt[1]), quas *Hamont* ad *Leuretium* scripsit, in quibus dicit: „Lithiasis est morbus satis vulgaris in *Aegypto* inferiore ubi jam pridem innotuit. In nosocomio militari *Abuzabeliae* calculi saepissime operatione removentur. Traditiones rerum atque usus complurium medicorum docent, in *Aegypto superiore* calculos raro observari, in Nubia autem atque Abyssinia prorsus ignotos esse. Cujus rei quae causa sit, me fugit.“

Aegyptus inferior solum alluvionibus aquarum congestum habet et paludes in magna campi parte, in *media* vero *Aegyto* montes calcariis lapidibus constant. *Aegyptus superior* atque *Nubia* vetustiores montes habent, supra *Assuan* imprimis solum argillaceum, gneisum et granitem. Praeterea *Aegyptus inferior* et *media* saepe negativo-electrico vento *Kamsin* vexatur.

§. 7.

De lithiasi *Sennarae*.

Sennarae apud *Arabos* qui in tentoriis habitant, et tantummodo e puteis aquam sursum evolvunt, lithiasis morbus satis frequens esse dicitur.

Sennara in loco depresso sita est, maximam partem ex arenosis desertis constat, ubi singulae tantum regiones admodum fertiles inveniuntur. Coeli temperies toto orbe terrarum valetudini maxime contraria esse dicitur, unde fit, ut incolarum numerus novis tantum migrationibus compensetur[2]).

---

1) Annales d'Hygiene publices et de la medicine legale. 1831. Tom. VI. part. I. pag. 481. — 2) L. L. Fincke. Medic. practische Geographie.

§. 7.

De lithiasi in regno *Maroccano*.

In *regno* Maroccano lithiasis crebro inveniri fertur, ut *Graberg de Helmsoe*[1]) docuit. Is enim narrat, propter calculorum frequentiam indigenas ipsos operationem perficere, et instrumentis quidem simplicissimis, cultro tonsorio et unco.

Coelum valde salubre esse dicitur. Solum montibus asperum est cum multis agris planis. Montes constant e granite et gneiso, saxa media e calcario transitorio et metallorum venis, planities maritimae ex arena, argilla, tofo calcareo et granite[2])

---

1) Das Sultanat Mogh' rib-al-aksa. pag. 124. — 2) Ibid. pag. 14.

CAP. III.

DE LITHIASI IN EUROPA.

---

§. 9.

De lithiasi in *Turcia Europaea*.

In Turcia Europaea lithiasin morbum frequentem esse, *Oppenheim*[1]) refert, quod imprimis de nonnullis provinciis, *Macedonia*, *Epiro*, *Thessalia* valere dicitur, ubi *Oppenheim* calculos etiam hereditate propagari observabat. Ita imprimis se in *Monastir* familiam nosse narrat, in qua duo fratres et tres liberi eorum iis erant affecti. Operandi rationem apud medicos *Turcicos* usitatam *Celsianam* esse affirmat. Montes imprimis e schisto et calcario transitorio constant.

§. 10.

De lithiasi in *Melita*.

Hic quoque lithiasis endemica observata est; ita *Hennen*[2]) dicit: „Stone in the bladder is occasionelly met „with, and it is remarkable, that it has been found to „occur chiefly among the inhabitants of the village of „*Birchircara;* this village lies rather low, at the head of „the valley of Missida; a fiumare runs through it, but „there appears to be nothing peculiar in its waters.“ Solum ex calcario tertiae formationis constat.

---

1) Zustand der Heilkunde in der europäischen und asiatischen Türkei pag. 121. — 2) Medical Topography of the Mediterranean by *John Hennen*. London 1830 pag. 500.

§. 11.

De lithiasi in *insulis Joniis.*

In *insulis Joniis* calculi rari quidem sunt, attamen interdum reperiuntur. Ita *Hennen*[1]) de Ithaca: „Calculus“ ait „is a very rare disease, but occasionelly a case of „it occurs; a stone larger than a pigeons egg was taken, „some time ago, from a boy of two years of age; and I „have known an old man die of the complaint sooner „than submit to the operation.“ Solum tota e montium serie constat.

§. 12.

De lithiasi in *Italia.*

Lithiasin in Italia non posse non frequentissimam esse, haud scio, an inde appareat, quod multas emendationes novasque calculi excidendi rationes *Italis* debemus. Recentiores tamen ex *Italia* relationes rem accuratius explanant.

Neapoli lithiasis frequentissima esse, eamque etiam in liberis quatuor annorum inveniri, cl. *Carus*[2]) tradit, qui ipse *Neapoli* puerum sex annorum vidit, cui calculus modo excisus erat. *Salvatorius de Renzi*[3]) commemorat, anno 1835 ad auctummum usque 24 lithotomias in nosocomio *Insanabilium* et 4 in Hospitio *St. Mariae Lauretanae*, hoc uno igitur anno 28 esse factas. Idem memoriae prodit, in utroque nosocomio, cujus mentionem fecimus, ab anno 1821 usque ad 1835 in 454 hominibus, qui lithiasi aegrotabant, operationem esse factam. In *Filiatre sebezio*

---

1) Loc. cit. pag. 414. — 2) Analecten der Naturwissenschaft und Heilkunde, gesammelt auf einer Reise durch Italien. Dresden 1829 p. 111. — 3) *Fricke* u. *Oppenheim* Zeitschrift für gesammte Medicin. Hamburg 1836 vol. I. pag. 263 u. 397.

mensis Augusti anni 1840 eorum, in quibus ab anno 1821 usque ad annum 1828 lithotomia instituta sit, usque 596 numerantur.

Romae lithiasin saepissime inveniri prae caeteris annales *Sisci* de operationibus ob eo in nosocomio *di Santo Spirito* institutis testantur, quarum quovis anno complures calculi excisiones enumeratae erant, ut anno 1823 haec operatio octies facta est[1]); *Carus* anno 1828 *Romae* versatus commenmorat[2]), hoc anno *Siscum* jam 7 calculi excisiones fecisse, et omnino lithiasin frequenter inveniri. Etiam *Bailly*[3]) in analibus anni 1809 de aegrotorum numero in nosocomio *di Santo Spirito,* in quo tunc proprie chirurgica tantum mala non recipiebantur, refert, uno tantummodo anno inter 6416 aegros 11 calculo affectos fuisse. Cl. *Beverwicus*[4]) calculum *Romae* frequentem observabat, et contendit, „Romani cum bibant aquam Tiberinam, quae, „ut ipse vidi, crassa admodum et lutosa, arenulis et cal„culo frequenter infestari solent.“ Regio circa Romam praecipue ex tofo vulcanico constat.

Item Florentiae lithiasin haud rarum esse, Carus refert[5]), et in *Arcispedale di Santa Maria nuova* lithotripsiam exerceri.

Contra Liburni lithiasis rara est, quamvis propter paludes *Maremmae* morbi miasmatici frequentes sint. Ita *Palloni* dicit[6]): „vi s'incontrano pur di rado individui „affetti da calcoli o pietre orinare.“

---

1) Saggio del istituto clinico romano di medicina esterna, esposto da *Guiseppe Sisco.* Roma 1824 pag. 7. — 2) Loc. cit. pag. 95. — 3) *E. M. Bailly de Blois.* Traité des fievres intermittentes. Paris 1825 append. pag. 4. — 4) De calculo renum et vesicae pag. 88. — 5) Loc. cit. pag. 57. — 6) Sulle costituzioni epidemiche e sui mali endemici di Livorno dal *Cav. G. Pallori.* 1827 pag. 57.

In *regno* Lombardico-Venetiano lithiasin morbum esse frequentem, ex relatione cl. *Ruimanni* (de lithiasi in terris imperii *Austriaci* per tempus decem annorum ab anno 1820 ad 1830[1]) elucet.

In praefectura littorali (Küstenländisches Gubermium) per hoc tempus decenne 29 calculi reperti sunt, unde apparet, hunc morbum ad numerum incolarum sese habere, ut 1 ad 145, 814. Plerique aegrorum erant pauperes ex *Foro-Juliana* provincia et *Istria* oriundi, *Tergestinus* vero nullus erat; quam rem *Gargarolli*[2]) eo magis notatu dignam judicat, quod *Tergesti* omnia arthritidis genera vel inter infimos ordines valde vulgaria sint, et aqua ad bibendum necessaria multum carbonatis calcici contineat.

In praefectura Venetiarum per decennium, quod memoravimus, in multitudine hominum 2,000,000 lithiasi aegroti 278 observati sunt, quo elucet, numerum rationalem 1: 71, 942 esse. E *Venetiis* ipsis 68, e territorio *Vicenzano* 51, *Patavino* 50, *Trevisano* 34, *Utinensi* 49, *Veronensi* 7, *Bellunensi* 15, *Rhodigiensi* 4 horum calculis affectorum oriundi erant. Plus quam dimidiata hujus numeri pars ex liberis constabat; puberes maximam partem erant ex plebe. In triennio 1830 — 33 in nosocomio *Patavino* inter 449 aegros recepti sunt 5 calculo vesicae laborantes[3]).

In praefectura Mediolanensi lithiasis maxime est frequens, nam ibi ab anno 1820 ad 1830 in multitudine incolarum 2,400,000 in 22 nosocomiis 794 calculis laborabant, unde prodit ratio 1 ad 30,226. Plerique horum aegrorum erant rustici ex provinciis montanis; *Papiae* 100

1) Medic. Jahrbücher des K. K. Oestreich. Staates, von *v. Stifft* u. *v. Raimann.* Wien 1832 Band XII. pag. 521. — 2) Ibid. pag. 532. — 3) *Ferrario.* Statistica medica di Milano vol. I. pag. 378.

(igitur numerus rationalis 1 : 15, 300), Brixiae 176 (igitur 1 : 19,000, 1: 19,030); *Bergami* 168 (igitur 1: 19,870) calculo laborantes orti erant. De *Sondrio* contra tradit *Balardini*[1]): „Sono considerati come avvenimenti rarissimi i calcoli orinari, e le concrezioni petrose nella vessica orinaria, tanto communi nella finitima *Valcamonica*, e in tutto il restante della provincia di *Bergamo*. Lostesso dicasi della renella. Dacchè lo scrivente trovasi in Sondrio, cioè da oltre quattro anni, non si ebbero in tutta la *Valtellina* che due casi conosciuti di pietra in vessica."

In regionibus minus montosis provinciae *Laudi* 82 calculo affecti erant (igitur ratis 1:24,790) et in planitie paludosa, quae huic morbo imprimis videtur favere, *Cremonae* 126 (igitur 1:15,300). *Cremonae* et in agro *Bergamasco* duo calculi septem unciarum excisi sunt. *Mantuae* morbus decennio, quod commemoravimus, quindecies observatus est.

In Dalmatia, ubi incolarum numerus est 383,600, illo, quo diximus, temporis intervallo 49 vesicae calculi reperti sunt, unde elucet numerus rationalis 1:78,300. Omnes aegri erant sexus verilis, a pueris binorum annorum ad senes octogenarius (?), et dimidiata eorum pars infra 11 annos erat. Sed in magna *Dalmatiae* incolarum exiguitate artiumque inopia multi singuli casus non videntur esse in examen vocati. Causam lithiaseos in *Dalmatia* *Kratterus*[2]) praecipue in soli natura ponit: „Dalmatia maximam partem montosa est. Montes vero constant e calcareo primitivo et transitorio. In tota terra montibus aspera, cui mare alluit, Carbonas calcicus praevalens

---

1) Topographia statistico-medica di Sondrio. 1834 pag. 65. Notandum est solum in praefectura Sondrio a granito, gneiso et schisto componi, contra in praefecturis Bergamo et Brescia a calce alpina. — 2) Medic. Jahrbücher des k. k. östreich. Staats. Band XII. pag: 535.

est elementum, qui cum aliis salibus neutralibus plerisque quoque fontibus dissoluta, atque etiam plantis e solo calcario genitis, vino excellentissimo continetur." Praeterea *Kratter* ex elementis salsis, quae in aëre maris et in atmosphaera prope mare sita diffusa sunt, causam morbi calculosi interpretatur. Huc accedit, quod is morbus, Kratterius tradit, arthritidis nodosae atque omnium generum arthritidum et malorum ossium non syphiliticorum in *Dalmatia* frequentia confirmetur.

In Illyria, Carinthia et Carnia per decennium ab anno 1820-1830 lithiaseos 2 tantum casus se exhibuerunt, quod etiamsi in illa provincia multi casus medicorum observationi non subjiciantur, tamen magnam raritatem probat.

§. 13.

De lithiasi in insulis *Balearibus*.

Scriptor saeculi superioris, *Georgius Cleghorn* [1]) tradit, calculos renales crebro in *Minorca* observari. Causam morbi imputat aquarum qualitati durae, salinae, quae post coctionem in vase magnum sedimentum terreum relinquunt. Idem magnae temperiei vicissitudinis illic mentionem facit. In *Majorca* lithiasis etiam saepe reperitur. *Magendie* [2]) censet, hujus rei causam in diaeta carnium aromatumque positam esse, atque in nimia spirituosarum potionum consumtione. *Orfila* anno 1816 in hac insula commoratus animadvertit, calculos et sabula manifeste ibi frequentes esse, et urinam incolarum universe magnam copiam acidi urici continere, quod crebro in forma parvorum

---

1) Beobachtungen über die epidemischen Krankheiten in den Jahren 1744 bis 1749 in Minorca. Uebers. von Ackermann 1776 pag. 87. — 2) Ueber Harngries. Aus dem Französischen von Dr. F. L. Meissner. 1830 pag. 47.

calculorum vehementes dolores excitantium exsolvebatur. Praeterea *Orfila* sese observasse contendit, lithiasin imprimis in hominibus, quorum vitae ratio eos ad sedendum cogit, frequentem esse; id quod *Marcet* quoque affirmat.

§. 14.
De lithiasi in *Hispania*.

In *Hispania* calculorum frequentia valde diversa est pro diversis regionibus.

In Asturia lithiasin, *Townshend* [1]) tradit, frequentissimam esse, atque praecipue inter monachos claustri *Avilensis* neminem fuisse, quin aut calculorum et sabulorum doloribus aut hypochondria laboraret. „*Asturia* calida humidaque est, temperies saepe homines opprimit. Scrofula frequens et etiam fluxi mucosi, praecipue Leucorrhoeae crebro inveniuntur. Inter exanthemata Lepra vel erysipelas asturicum notus est morbus endemicus, prae caeteris autem scabies frequens observatur, et causa ejus acarus scabioides esse ex antiquissimis jam temporibus agnitum est.“ Quibus verbis *Robillier* [2]) quoque *Asturiam* insaluberrimam esse terram affirmat.

In Castilia utraque contra morbum calculosum vix esse cognitum, *Hoffmann* refert [3]), in Estremadura autem, ubi maxima temperiei mutatio observatur [4]), cum aliis systematis uropoetici morbis frequentem esse. Madriti lithiasi nunquam observatum esse perhibent [5]). Do-

---

1) Reise durch Spanien in den Jahren 1786 und 1787. — 2) Aperçu sur la topographie des Asturies. Receuil de Mémoires de Med. Chirurg. Pharm. milit. vol. X. pag. 258. — 3) Specimen geographico-medicum inaugurale de Hispania. Lugduni Batavorum 1828 pag. 29 et 32. — 4) *Willaume*. Notices physico-medicales et historiques sur l'Espagne. 1822 pag. 76. — 5) Med. pract. Geographie von *L. L. Finke*. 1795 Band III. pag. 22.

cente *Hausmanno* [1]), altae planitiei *Castiliae* strata granitica subjacent, quae caemento vulgari teguntur, juga tantummodo calcaria occurunt, contra montes excelsi, qui *Asturiam* et *Leon* interjacent, et ex quibus flumina Asturiae decurrunt, calcarei sunt.

Rara est quoque lithiasis in Catalaunia, auctore *Julia-Fontenelle* [2]), qui refert: „Nous avons habités la Catalonie pendant près d'un an et les recherches, que nous y avons faites, nous ont démontré, que cette maladie (calculeuse) y est très rare." Solum Catalauniae praesertim graniticum et argillaceum est [3]).

De littoribus maris mediterranei tradit *Julia-Fontenelle* [4]): „Au reste nous ajouterons, qu'en France et en „Expagne sur toutes les côtes Mediterranées les affections „calculeuses sont excessivement rares."

§. 15.

De lithiasi in *Franco-Gallia*.

De Franco-Gallia, licet omnem operam dederim, paucas tantum de lithiasi notationes colligere potui. Ex omnibus autem apparet, lithiasin ibi et sabula morbos esse frequentissimos. Cl. *Boyer* [5]) affirmat, in *Gallia*, *Anglia* et *Belgia* lithiasin frequentiorem esse, quam in ulla alia terra, ignotam vero esse hujus rei causam. Lithiaseos frequentia eo etiam comprobatur, quod inde ab antiquissimis temporibus longe plurimae inventiones emendationesque

---

1) Umrisse nach der Natur pag. 120 et 136 etc. — 2) Journal de Chimie medicale. 1830 Tom. VI. pag. 593. — 3) *Charpentier*, Essai de la constitution geognostique des Pyrenées. Paris 1823. — 4) Journal de Chim. Tom. VI. pag. 113. — 5) Traité des maladies chirurgicales. Tom. IX. pag. 312.

lithotomiae et nostra aetate lithotritia ex *Gallia* in alias sunt terras propagatae. *Muehry* refert, in *Franco-Gallia* ipsa controversias de publicis relationibus et numeris moveri, profitentibus tamen omnibus, antea nunquam lithiaseos casus scripto mandatos esse.

Roux contendit Parisiis ex anno 1805 usque ad 1833 calculos 700 sese excidisse [1]); *Dubois* et *Boyer* totidem excidisse dicas. Annis 1717-1729 Parisiis in *Charité* et in *Hôtel-Dieu* 1200 lithotomiae factae esse dicuntur [2]), anno 1827 *Parisiis* 83, anno 1834 homines 34 lithotritia curari feruntur [3]). *Civiale* ad annum usque 1834 aegrotis 244 lithotritia calculos sese extrivisse refert. Ex relatione cl. *Larreyi* anno 1830 in *Hôtel-Necker* in 24 lithiasi afflictis lithotritiam factum esse apparet [4]).

Etiam in plerisque provinciis lithiasis persaepe invenitur, praecipue in regione Catalaunorum *(Chalons sur Saone)*, ubi, docente *Hautesierko* [5]), aqua, quae ibi bibitur, limum nigrum et palustre continet, et stans crustam versicolorem gignit. Solum paludosum, ex quo fontes scaturiunt, accusat.

Lunae Villae morbum imprimis frequentem esse oportet, quum *Quetelet* [6]) in lithiasi comparanda *Lunae Villae* 1526 casus afferat, *Bristoliae* contra 271, *Norvici* 649, quibus locis lithiasin frequentissimam esse sciunt omnes et fatentur. Cujus tamen computationis neque tempus, neque terminos indicat, quapropter frequentia accurate definiri nequit.

---

1) *Fricke u. Oppenheim.* Zeitschrift für gesammte Medicin Band I. pag. 83. — 2) Ibid. — 3) *Muehry* loc. cit. pag. 172. — 4) Muehry loc. cit. — 5) *Richard de Hautesierk.* Reccuil d'observations de Medicine des Hôpitaux militaires. Tom. I. pag. III. — 6) Essai de Physique sociale. Paris 1835 Tom. I. pag. 225.

§. 16.

De lithiasi in *Helvetia*.

Jussu regiminis *Franco-Gallici* auctoritate *Civialis* exhibito a societate medicinali in pago Tigurino lithiaseos frequentia in examen est vocata. Inde elucet, morbum esse ibi paene ignotum, quum per decem annos in nullo nosocomio casus observatus esse videatur[1])

Pariter in morbis aliorum pagorum censendis lithiasis fere nunquam commemoratur. In pago *Bernensi* calculus vesicae fere ignotus est, unius tantummodo casus memoria exstat, ante viginti circiter annos observati[2]). Sabula ibidem forsan frequentius occurrunt? paratur enim ibi antiquum remedium ex fragariis[3]); attamen horum quoque in relationibus clinicis cl. *Fueteri* et aliorum nulla mentio fit.

§. 17.

De lithiasi in *Austria*.

Ex relationibus, quae publice in Austria de lithiaseos frequentia per tempus decem annorum a cl. *Raimanno* collectae sunt[4]), elucet, in Austria inferiore (in multitudine hominum 1,285,000) lithotomias 94 factas esse, in Austria supra Amasiam (ex incolarum numero 860,000) 18 tantum. In *Austria inferiore* igitur numerus eorum, in quibus lithotomia instituta est, ad incolarum numerum se habet, ut 1 ad 135,637; in *Austria supra Amasiam*, ut 1 ad 477,777; qui numerus multo minor, docente *Raimanno*, situi terrae altiori et minori spirituosorum consumtioni imputatur.

---

1) Verhandlungen der ärztlichen Gesellschaft der Schweiz. Zürich. Jahrgang 1830. — 2) v. Pommer. Schweizer Zeitschrift. Band V. 1840. pag. 129. — 3) Lutz u. Studer. Ibidem. pag. 88. — 4) Beobachtungen über den Blasenstein in den östereichichen Staaten von 1820 — 1830. Medic. Jahrbücher des k. k. östreichen Staates von *v. Stifft u. v. Raimann* 1832. Band XII. pag. 521.

In Gallicia (cum incolis 4,300,000) calculi 10 tantum excisiones factae sunt tempore, quo diximus; contra in Moravia et Silesia ex incolarum numero vix dimidiato (2,046,787) 39 lithotomiae institutae sunt; numerus igitur rationalis est 1: 524,817. Causae hoc loco non afferuntur.

Bohemia ex 3,582,150 incolis 106 lithiasi laborantes decennio curati sunt, unde numerus rationalis 1: 337,930 prodit. Hoc loco morbus immodicae consumtioni casei, cerevisiae et vini acidi, et vitae sedentariae imputatur; praeterae hic scrofulae et arthritidi causae adscribuntur.

Terioli, cujus incolarum numerus est 780,399, iis, quibus diximus, annis 11 tantum calculi excisi sunt; numerus igitur rationalis est 1: 709,453. Causae, cur hic lithiasis raro tantum invenitur, tribuuntur aëri montibus puro atque frigido, salubritati aquae ad bibendum idoneae, modicae consumtioni cerevisiae levis et vini e frumento facti, et vitae *Tyroliensium* ordinatae.

In Stiria, ex 902,000 incolis, 10 tantum calculi curati sunt, quotannis igitur unus; unde prodit ratio inter calculos et incolas, et 1: 902, 000.

Omnes autem hae relationes incertiores sunt, quum imprimis e nosocomiis petitae sint, et casus in nobilioribus ordinibus observati in publicum non emittantur. Auctoribus *Raimanno* et *Wattmanno* [1]), *Vindebonae*, in *Austria supra Amasiam* et in *Dalmatia* fere dimidiata calculo affectorum pars constabat e liberis infra decem annos natis, in agro *Venetiano* plus dimidiata et in *Longobardico* vel tres partes. *Raimannus* in extrema relatione addit, dispositionem hereditariam rarissime tantum affuisse, saepe

1) Ueber Steinzerbohrung und ihre Verhältnisse zum Blasenschnitt. Wien 1835.

autem rhachitidem, scrofulam in liberis, arthritidem in adultis in causis fuisse.“ [1])

§. 18.

De lithiasi in *Germania*.

„Eine sehr häufige, so zu sagen, endemische Krankheit ist die Lithiasis der Kinder am Ursprunge des *Neckars* auf dem *Schwarzwald*, wo Harnsteine nur bei Kindern bis zu 3 Jahren, bei aelteren und Erwachsenen (nach *Roesch*) niemals beobachtet werden; ferner an der oberen *Donau* bis zur Verbindung mit der *Iller* bei *Ulm*, auf dem Kamm der *Schwaebischen Alb* und der nördlichen und südlichen Abdachung dieses Gebirgsrückens. Im Fürstenthum *Hohenzollern-Sigmaringen*, das theils auf der Alb, theils auf deren beiden Abdachungen liegt, wurden innerhalb der letzten 20 Jahre 160 Harnsteine von Aerzten und Wundärzten gesammelt, von welchen 105 von Kindern zwischen 6 Monaten und 10 Jahren herstammten.“ His verbis *Heyfelder* [2]) animum ad lithiaseos casus endemicos notatu dignos in regione Alpium Suevicarum attendit, atque inde frequentia calculi in hac parva terra 42,500 incolarum, quanta in nulla alia Germaniae regione reperitur, quum hoc loco numerus rationalis lithiaseos ad incolarum numerum quotannis sit 1: 5,312. Ab anno 1818 ad annum 1835 calculi 129 in hac regione collecti sunt [3]), et ex sententia *Rampoldi Eslingae* [4]) (qui librum de lithiasi endemica in *Suevia* proxime editurus est) haec endemia secundum *Danubium* superiorem et *Alpes Suevi-*

---

1) Med. Jahrbücher des k. k. östreich. Staates. Band XII. pag. 536. — 2) Studien im Gebiet der Heilwissenschaft. Stuttgart 183. Ban9d II. pag. 209. — 3) *Schmidts* Jahrbücher der gesammten Medicin. Band XI. pag. 222. — 4) Ibid, pag. 224.

cas propagatur. De terrae solo *Finke* [1]) ita judicat: „Die schwäbische Alb besteht meist aus Kalkstein; oft ist hier Wassermangel und das Wasser aus Cisternen wird zum Trinken benutzt.“ *Heyfelder* [2]) et ipse solum calcarium esse dicit „Jurakalk, nördlich mit Lias, Keuper und Muschelkalk, Gips und buntem Sandstein, südlich mit Sand, Mergel, Molasse, Gerölle“; sed frequentiam lithiaseos magis universae scrofulosae membranarum pituitosarum diathesi adscribit, quum liberi a matre uberibus plerumque aut omnino non, aut per breve tantummodo tempus alantur, sed lacte vaccino pulteque nutriantur. Analyses horum calculorum, docente *Heyfeldero* [3]), ab iis aliarum regionum discrepant, quum uras ammonicus circiter dimidiam, oxalas calcicus cum urate ammonico quartam omnium calculorum partem conficiat; acidum uricum in uno tantum calculo inventum esse dicitur, quod alioquin est frequentissimum. Sed vereor, ne nuclei urici sint praetervisi. *Rapp* [4]), qui calculos accuratius inquisivit, contra in omnibus fere calculis nucleum uricum invenit.

Notatu digna sunt, quae cl. *Riecke* [5]) ex observationibus suis virorum ad militiam eligendorum de lithiasi endemica in regno Wuertembergico refert. „Auffallend ist, dass da, wo die Steinkrankheit endemisch herrscht, z. B. in *Blaubeuern, Ehingen, Ulm* u. s. w. Kröpfe selten vorkommen, und dass dagegen in kropfreichen Gegenden die Zahl der Steinkranken äusserst gering ist, z. B. im *unteren Neckarthale, Tübingen* u. s. w.“ et porro „Von 48 an Krankheiten der Harnblase Leidenden gehören

---

1) Med. pract. Geogr. Band III, pag. 377. — 2) Loc. cit. pag. 212. 3) Loc. cit. pag. 210. — 4) Ueber Harnsteine. Naturwiss. Abhandl. der Würtemb. Gesellsch. Band I. pag. 146. — 5) Beiträge zur medic. Topographie Würtembergs. *Clarus* u. *Badius* Beiträge zur pract. Heilkunde. Band I. pag. 183.

37 (!) dem *Donaukreise* an, was von der endemischen Verbreitung der Steinkrankheit unter den Kindern vor dem 8ten bis 10ten Jahre am südlichen (?) und nördlichen Fusse der *rauhen Alp*, und in *Oberschwaben* abzuleiten ist; diese Steinkrankheit ist mit Wurmkrankheit und Rhachitis meist causal verbunden."

Stuttgardiae lithiasis est rarior, nam inter 10,000 mortuos vix unus numeratur lithiasi affectus [1]), atque inter morbos epidemicos omnino non nominatur. Pariter *Schuebler* [2]) affert, calculorum et sabulorum dolores raro observari, haemorrhoides autem et arthritidem frequenter. Cl. *Klein* [3]) contra *Stuttgardiae* usque ad annum 1819 calculos 84 se excidisse dicit, quos autem ex variis regni *Wuertembergici* regionibus ibi collectos esse censendum est. Solum *Stuttgardiae* praecipue constat e Calcaria conchifera, caemento carbonaceo, Jurassio tabulato [4]).

In Bavaria lithiasin frequentem non esse, *Finke* [5]) quidem dixit (*Ratisbonae* calculos esse raros, quod aquae salubri et excellenti cerevisiae tribuendum ei videtur), sed in *Bavaria antiqua*, ut tradit cl. *Walther* [6]), frequens est morbus, atque imprimis inter *Monacum* et *Landishutam* grassatur; contra meridiem versus in *Silva Marciana* decrescere [7]) dicitur, cujus solum ex granite, gneiso et caemento vulgari constat. Circa *lacum Bodomicum* lithiasis est morbus ignotus [8]).

---

1) *Plieninger.* Beschreibung von Stuttgart nach naturw. u. med. Verhältnissen. 1834. pag. 110. — 2) Versuch einer medic. Topographie von Stuttgart. 1815. pag. 72. — 3) Resultate meiner Blasenschnitte. Stuttg. 1819. Abtheil. II. — 4) *Plieninger.* Loc. cit. pag. 63. — 5) Medic. pract. Geogr. B. III. pag. 159. — 6) Ueber Harnsteine. Journ. der Chirurgie von *Graefe* u. *Walther*. Band I. — 7) *Rapp.* loc. cit. pag. 152. *Klein* loc. cit. Abtheil. I. pag. 50. — 8) *Heyfelder* loc. cit. pag. 212.

Ex Bavaria rhenana *Pauli* [1]) morbi raritatem his verbis affirmat: „Nieren- und Blasensteine sind hier (Landaviae) ungeachtet des vielen säuerlichen Weins, der hier getrunken wird, ganz ungewöhnlich. Es ist nicht bekannt dass ein geborner Landauer an Blasenstein gelitten hat. Im ganzen Rheinkreise sind Blasensteine eine seltene Krankheit. Die 4 bekannt gewordenen daran Leidenden wurden von Dr. Geul in Speier durch den Blasenschnitt geheilt.“ Vina palatina magis diuretica sunt, quam rhenana. Solum ad caementum et calcem conchiferem pertinet.

Cl. *Chelius* Heidelbergae ab anno 1822 ad 1834 lithotomias 23 instituit, sed in aegrotis valde diversarum regionum.

In Germania media hic morbus rarior videtur esse.

In Hassia cl. *Buenger Marburgi* per 20 annos tres tantum calculos excidit, et in clinico medico *Marburgensi* inter 1000 ad 1200 aegros, qui quotannis curantur, vix unus aeger lithiacus occurrit, licet arthritis et haemorrhoides morbi Hassorum gentilitii sint, et scrofula in agro Marburgensi frequens sit. Solum Hassiae superioris caementosum (bunter Sandstein) est. Spiritum frumenti *Hassi* ingenti copia hauriunt.

Eandem morbi raritatem cl. *Schneider Fuldae* proclamat: „Steinkrankheiten, Sand und Gries sind sowohl in der Stadt, als im ganzen Lande, selten vorkommende Uebel. Die Ursache der seltenen Erscheinung dieser Krankheitsform in unserm Lande möchte ich einigermasen, jedoch nicht allgemein, darin finden, weil unser Land ein Bierland ist, und dieses Getränk sehr häufig getrunken zu werden pflegt.“ [2]) Solum praesertim caementosum et basalticum est, rarius calcaria conchifera occurrit.

---

1) Medic. Statistik der Stadt *Landau*. pag. 175. — 2) Versuch einer Topographie von Fulda. pag. 211.

Hanoviae cl. *Kopp* lithiaseos infrequentiam affirmat: „Steinbeschwerden sind auffallend selten." [1]) Solum arenaceum et paludosum est. Non solum vinum, saepe acidulum, sed etiam multum vinum e pomis paratum consumunt Hannovii, et in genere sobrietatis notam neutiquam ferunt.

Lithiasin frequentius occurrere in montibus *Vogelsberg* dictis et in agro *Lauterbacensi*, forsan ex animadversionibus cl. *Thilenii* [2]) concludas, qui sex annis inter 8353 aegros 20 casus lithiaseos enumerat, qui numerus ratione incolarum parvi principatus *Riedeseliani* magnus apparet. Solum praesertim basalticum est, attamen in vicinia gypsum et fontes salini inveniuntur.

In Saxonia exstant tabulae institutorum clinicorum *Dresdensium*, auctoribus *Choulant* et *Ammon*, in quibus novem annis (1828-1836) inter 3445 aegros 2 tantummodo casus lithiasis enumerantur; *Lipsiae* vero in institutis clinicis cl. *Cerutti* et *Clari* 4 annis (1830-1834) inter 3957 aegros nullus lithiasi laborans aeger receptus est. [3]) — *Trautzsch* in topographia medica *Eibenstockii* refert se lithiasin nunquam in hac urbe vidisse. [4]) *Warnatz* se in urbe *Camenz* duos tantum casus lithiaseos observasse renunciat [5]) (sed quo temporis spatio nescio). *Jenae* in relationibus clinicis *Fischeri, Starkii, Suckowii* lithiaseos nulla mentio fit, in *Kieseri* relatione tribus annis inter 1921 aegros 2 casus lithiaseos recensentur. E quibus omnibus lithiasin in Saxonia raram esse concludere licebit.

---

1) Topographie der Stadt Hanau. pag. 164. — 2) *M. G. Thilenius.* Med. u. chirurg. Bemerkungen, Th. I. pag. 174. — 3) *Clarus* u. *Radius.* Wöchentl. Beiträge. III. voll., u. Beiträge zur pract. Heilkunde. IV. voll. — 4) *Clarus* u. *Radius.* Wöchentl. Beiträge. vol. III. pag. 348. — 5) *Clarus* u. *Radius.* Beitr. zur prakt. Heilk. vol. IV. pag. 155.

Potu cerevisiae praesertim tenuis acidulaeque ubique utuntur incolae.

Lithiaseos raritatem in regno Hannoverano plures auctores proclamant; *Halleri* [1]) verba haec sunt: „Sive Cypriani hic valeat axioma, vini potatores plures, zythopotas paucissimos, ut ajebat, calculo laborare, certum est, ea rara felicitate hanc nostram *Gottingam* gaudere, ut calculus vesicae urinariae inter omnium infrequentissimos morbos sit. Ducenta et triginta cadavera humana in theatro nostro ad hunc diem dissecuimus, variae aetatis sexusque, humilis ut facile apparet, fere omnes conditionis. In eo numero duo tantum in viis urinariis calculi nobis occurrerunt." *Murray* quoque „Calculum urinae viarum rarissimum malum *Gottingae*" dicit [2]), et alio loco declarat: „Dass diese alte Meinung (calculum generari ex materia calcarea aquarum) aber ungegründet sei, gibt das Hannöversche Land und besonders Göttingen zu erkennen, woselbst bei einem sehr starken Ansatz von tophus in den Kesseln der Stein doch äusserst selten ist." [3]) Eandem sententiam fovet *P. Frank*: „aquae Gottingenses, quae spatho omnes scaturigines inficiunt, nec renibus, nec vesicae inimicae sunt" [4]), et antea: „Non ubique expertorum chirurgorum inopia, vesicae calculos, etsi praesentes, ignorari, Gottingensis agri exemplo docemur, in quo scilicet calculi renales, aut vesicales, inter omnes morbos, infre-

---

1) Opp. minora tom. III. pag. 321. Confer. quoque Elementa Physiol. tom. VII. pag. 363. Observat autem calculos vesicae felleae eo frequentiores esse: De calculis felleis freq. Gotting. 1749. §. 2. Hanc frequentiam calculi fellei in terris Hannoverania posteriores quoque auctores confirmant. Hac occasione addam, calculos biliosos in feminis, calculos urinarios in maribus esse frequentiores, cujus rei testes multi sunt. — 2) Comment. de arbuto uvae ursi. pag. 41. — 3) Medic. pract. Biblioth. B. III. pag. 166. — 4) Epist. de cur. hom. morb. lib. VI. p. III. pag. 402.

quentissimi numerantur.“ [1]) Cl. *Langenbeck*, qui post viginti annos primam lithotomiam in puero octenni ex pago *Gottingae* vicino instituit: „Es ist merkwürdig“, inquit, „dass von allen Lehrern der Chirurgie in Göttingen vor mir nie der Steinschnitt ist verrichtet worden.“ [2]) Silentio tamen praeterire nolo, *Brendelium*, qui, quantum equidem scio, *Gottingae* tantum medicinam exercuit, sabula in infantibus neonatis observasse: „Recordor duorum, alterius vix duos nati, alterius acto circiter dies, qui exclusis inter gravissimas convulsiones calculis subfuscis, tandem confecti paroxysmis, a morte complures minutos in renibus ejusdem coloris calculos exhiberent.“ [3]) Sin autem *Rueling Nordhemii* inter 4880 mortuos (ex medio seculo duodevicesimo, ut videtur) 13 lithiasi mortuos affert[4]), facile quispiam crediderit, eam olim frequentiorem fuisse, quam hodie.

Hannoverae morbi infrequentiam indigitat cl. *Wichmann*, verbis utens: „An eigentliche Steinbeschwerden konnte ich bei unserer glücklichen Immunität allhier gar nicht denken.“ [5]) Saxa calcarea jurassica et conchifera in regno Hannoverano inter caementum satis late diffusa sunt. Multum spiritus vini consumunt incolae, potu familiari autem utuntur cerevisia tenui, satis mala; cibis farinaceis crudis et indigestis admodum frequenter vescuntur.

Ex aliis Germaniae regionibus paucas tantum de lithiasi notationes colligere potui, praecipue relationibus accuratis, quemadmodum in Borussia lithiasis sese habeat, careo.

In compluribus Rhenani collegii medici annalibus

---

1) Loc. cit. pag. 371. — 2) Hannov. Magaz. 1818. p. 39. — 3) Opp. ed. *Wrisberg*. vol. I. pag. 59. — 4) *Rueling*, Beschreibung der Stadt Nordheim. Gött. 1779. pag. 94. — 5) Ideen zur Diagnostik. vol. III. pag. 46.

nullum lithiaseos casum adnotatum inveni, et *Wegeler* [1]) declarat: „Die Lithiasis gehört hier (*Confluentiae*), wie im ganzen Lande, zu den grössten Seltenheiten. Höchstens wird hier und da einmal Griesbildung wahrgenommen, weit mehr jedoch bei Eingewanderten, denn Einheimischen.“ Forsan non praetervidendum est, vino Mosellano, quod incolae bibunt, virtutem diureticam tribuere medicos. Montes schistosi sunt.

Berolini, ubi concrementa biliaria frequentissima occurere dicuntur, cl. *Formey* [2]) haec refert: „Seltener als Gallenstein kommen Nieren- und Blasensteine bei unsern Einwohnern vor. Indessen haben unsre Wundärzte, wenn auch selten, doch zuweilen Gelegenheit, den Blasenstein zu operiren“, et in decennio **1784-1794** inter **53284** mortuos **23** lithiasi (Steinschmerzen) *interemtos* numerat, igitur quotannis **2,3** ad numerum civium (qui anno **1794** fuit **150,000**) se habuit circa **1 : 65, 211**. Num forsan *Berolini* quoque lithiasis recentioribus temporibus rarior facta sit? ex initio enim seculi praeteriti frequentiores sabulorum et calculi occurrere videntur observationes [3]).

In insula Rugia, quae tum temporis **24000** incolas continebat, cl. *v. Willich* [4]) calculum non admodum frequentem dicit, attamen plures observationes calculi vesicae nobiscum communicavit. Jurassius in quibusdam insulae partibus apparet.

Dann [5]) de lithiasi in agro Gedano haec adnotat: „Wir beobachten in seltenen Fällen Harnsteine, oder was

---

1) Medic. Topographie von Coblenz. pag. 43. — 2) Medic. Topographie von Berlin. pag. 188. — 3) Confer. hunc in finem *Acta Berolinensia* II, 138; III, 5; IV, 102 et 108; V, 92; VI, 28; IX, 35 et 59; X, 69. — 4) Ueber die Krankheiten auf der Insel Rügen. *Hufelands* Journ. B. XIV. Heft II. pag. 118. — 5) Topographie von Danzig. pag. 227.

häufiger ist, Gries und Sand in den Harnwegen; doch muss wohl bemerkt werden, dass wir hinsichtlich der diätetischen und climatischen Verhältnisse keinen Grund zur Erzeugung derartiger Concremente finden, sondern ihn jedesmal in den eigenthümlichen körperlichen Verhältnissen suchen müssen. Nierensteine sind hier noch seltener, obgleich auch bisweilen beobachtet."

Bremae, quo minus nunc podagra ibi invenitur; sabula et calculi urinales eo frequentiores esse feruntur, qui olim inter morbos rarissimos referebantur. [1]) Attamen per annos 1824 ad 1834 in nosocomio, quod illic est, inter 5738 aegrotos 2 tantum calculis vesicae laborantes recepti sunt.

In ducatu Mecklenburgensi, docente *Hennemanno* [2]), in nobiliore ordine calculi renales frequentissime occurrunt, contra autem calculi vesicales rarius, *Krueger-Hansen* [3]) vero eos etiam saepissime inveniri affirmat.

§. 19.

De lithiasi in *Hollandia*.

Lithiasis in Hollandia frequentiam anterioribus temporibus testantur multi celeberrimi auctores calculosi illius terrae; ut multos alios taceam, *Erasmum Roterodamum* nominasse sufficiat, qui saepe facete locutus est de hoste suo, e. g. in epistola ad *Christophorum Basileensem:* „Foeminae sterilescunt aetate, me senectus reddit foecundiorum; aut enim concipio, aut pario, aut parturio; sed partus est viperinus, et vereor ne quando parentem interimat. Certe semel atque iterum gravi periculo sum enixus.

---

1) Die freie Hansestadt Bremen und ihr Gebiet von Dr. Heinecken. 1837. pag. 23. — 2) Mecklenb. Beiträge zur Medic. u. Chirurg. Band I. Heft I. pag. 84. — 3) Ibid. B. I. Heft 2. pag. 115.

Quod si parum favente Junone et Lucina niti coepero, vixerit Erasmus.“ Cl. *van Doeveren* lithiasis raritatem in agro *Groeningensi* adscribit aquae limpidae fluminum (*Hunesus* et *Aha*): „Neque limosis terrestribusque partibus adeo turbida est illa aqua, ut pota renum et vesicae calculos (rarissimos quippe hic loci morbus) metuendos faciat, quales cum damno suo experiuntur *Goudani*, *Rotterodamenses*, aliique fluviorum turbidorum Hollandiae accolae.“ [1])

Lithiasis in regione inter *Goudam* et *Rotterodamum* frequentissime inventa esse dicitur, quo loco cl. *Petr. Camper* [2]) praecipue aquae *Isalae* causam lithiaseos imputat, admonetque ad verba *Hippocratis* contendentis, lithiasin praecipue ex bibendo aquam mixtam, vel stantem, vel tardius fluentem nasci.

Sed calculos vesicales multo rariores factas esse, jam seculo praeterito adnotavit cl. *Camper* [3]), hoc seculo probabit cl. *Schultens* [4]), et cl. *Niewenhuijs* [5]), qui de lithiasi Amstelodami dicit: „Deze vreesselijke plaag van het menschelijke geslacht, welke voorheen onze ingezetenen zoo zeer teisterde, is thans zoodanig verminderd, dat zi thans onder de zelden voorkommende ongesteldheden behoort. Van daar den ook, dat meer dan twintig steensnijders, die in het laatst der zeventiende, en in den aanvang der achttiende eeuw gelijktijdig in onze stad waren, — zoodat elk gesticht bijna zijnen steensnijder had, — thans op éénen enkelen werkdadigen Operateur van den steen verminderd zijn.“ Idem hanc imminutam morbi cal-

---

1) S. a. de Sanitatis Groeninganorum praesidiis. Groen. 1770. p. 24. — 2) Beantwortung der Frage der Batav. Gesellsch. p. 135. — 3) Ibid. — 4) Disput. de causis imminutae in Rep. Batava morbi calculosi frequentiae. Lugd. Bat. 1802. — 5) Proeve eener geneeskundige Plaatsbeschryving der Stad Amsterdam. 1817. Band II. pag. 95.

culosi frequentiam clare demonstrat, ex recensione sectionum calculosorum quotannis *Amstelodami* factarum ab anno 1700 usque ad annum 1814 [1]), quae semper rariores occurrunt, licet incolarum numerus usque ad finem seculi decimi octavi increvit, et vix dubitare possumus, quin operatio antecedentibus temporibus rarius instituta fuerit, quam nostris.

Ex hac tabula sequentes numeros transcripsi:

Annis.	*Numerus eorum, quibus calculi excisi sunt.*
1700—1704	— — — 60
	igitur 10 annis 120
1725—1734	— — — 76
1735—1744	— — — 78
1745—1754	— — — 31
1755—1764	— — — 40
1765—1774	— — — 21
1775—1784	— — — 18
1785—1794	— — — 21
1795—1804	— — — 8
1805—1814	— — — 16

Ex tabula mortuorum, quam idem *Niewenhuys* nobiscum communicavit, elucet, numerum eorum, qui calculo vesicae interiere, decrevisse, contra autem numerum eorum, qui sabulis affecti succubuere, increvisse (?) [2]).

Interierunt enim:

Annis.	*calculo.*	*sabulis.*	*in toto.*
1774—1783	— 29	— 28	— 57
1784—1793	— 10	— 15	— 25
1794—1803	— 25	— 22	— 47
1804—1813	— 5	— 51	— 56

Quum numerus civium *Amstelodami* in tertio decennio (1794-1803) fuit circa 200,000, ratio lithiasi *interemtorum* ad incolas fuit quotannis 1: 42,553.

1) Ibid. pag. 112. tabul. XIV. — 2) Loc. cit. tabul. XIII.

Cl. *Camper*, ut supra dictum est, aquam *Isalae*, alii vinum, cl. *Boerhaave*[1]) autem potus theae causam lithiaseos esse putant. Usum autem potus theae eodem tempore universalem factum esse, quo morbus calculosus decrevit, inter omnes constat. Verisimile est, lithiasin decrevisse, postquam, potu theae universale facto, spirituosorum usus imminutus erat, quod etiam *Dollemann*[2]) affirmat.

§. 20.

De lithiasi in *Dania*.

Antiquissimus rerum medicarum *Daniae* auctor, cl. *Henricus Harpenstrengius* jam seculo quindecimo in libro suo medicinali, qui nominatur *Codex Magnaeanus*[3]), dicit de remediis lithiaseos, quorum laudat vegetabilia, ut Allium, Millefolium, aliaque. Ex verbis ejus elucet, lithiasin tunc in *Dania* frequentem fuisse. *Thomas Bartholinus*, celeberrimus auctor, inter morbos Havniensium podagrae calculorum mentionem fecit [4]). Nostris autem temporibus *Otto*[5]) scripsit, lithiasin in Dania rariorem inveniri, quam in aliis terris. Quodsi autem ipse contendit, anno 1835 undecim tantum et anno 1836 sex tantum Hauniae (cum incolis 120,000) lithiasi *mortuos* esse, ea maxima mortuorum multitudo maximam lithiaseos frequentiam satis aperte demonstrat, numerumque rationalem 1: 14, 117 reddit; numerus tamen calculo laborantium certe major esse debet.

Universe vero frequentia lithiaseos ibi minuta esse potuerit.

---

1) Prael. vol. III. pag. 256. — 2) Disquis. histor. de morbis endemiis belgar. septentr. Amstelod. 1824. pag. 120. — 3) *F. G. Mansa*. De epidemiis, quae in Dania grassatae sunt, et de medicinae statu. Disq. hist. med. Hauniae. 1831. part. I. pag. 65. — 4) Dissert. de aere Havniensi. Francof. 1679. pag. 31. — 5) Provinc. medic. and surgic. Transactions. vol. VII. pag. 207.

§. 21.

De lithiasi in *Scandinavia.*

Jam inde ab antiquissimis temporibus lithiasin in Scandinavia innotuisse, inde apparet, quod in traditionibus antiquis, *Saga* vulgo dictis, sermo de ea est, ubi *Rafn* quidam commemoratur [1]), qui non solum lithiaseos diagnosin posuit, sed etiam revera calculos lithotomia removit.

In fine seculi superioris, circa annum 1775, *Runeberg* dissertationem de incrementis atque diminutione incolarum Holmiae [2]) in publicum emisit, in qua de aliis morbis locutus, de lithiasi: „Stein- und Nierenbeschwerden“ inquit „sind, was die Zeit anbetrifft, in ihrer Tödlichkeit sehr unterschieden. Das eine Jahr sterben etwa 4 daran, das andere 14. In den Jahren 1766 — 1773 starben gleichwohl 68 daran.“ Quovis igitur anno circiter plus 8 homines lithiasi succubuere, ex incolarum numero circiter 60,000, id quod numerum rationalem inter calculo mortuos et incolas quotannis reddit, ut 1: 6,666; quo ex numero mortuorum tantum immensam frequentiam colligi licet, quum plerique lithiasi laborantes profecto lithotomia sanentur.

---

1) *Strinnholm* Wiekingszuege, Staatsverfassung und Sitten des alten Scandinavien. Band II. pag. 192. „Ein anderer Mann litt an Steinschmerzen, *Rafn* nahm ihn in die Kur, aber die Krankheit verschlimmerte sich so, dass der ganze Körper des Mannes anschwoll; einige kluge Männer wurden hinzugerufen, und nach einer Berathschlagung mit ihnen beschloss *Rafn* die Operation vorzunehmen; er befahl dem Manne, sich zu legen, untersuchte, wo der Stein war, entdeckte die Stelle, schob ihn so weit hinab, als er möglicherweise konnte, machte dann mit dem Messer einen Einschnitt, nahm 2 Steine heraus, verband die Wunde, legte eine Salbe um dieselbe und der Mann wurde wieder hergestellt.“ — 2) Abhandl. der königl. Schwed. Academ. der Wissensch. 1775. Aus dem Schwed. von Prof. *Kästner.* vol. XXXVII. pag. 222.

Nostra autem aetate lithiasis in *Suecia* rara esse dicitur." [1])

§. 22.

De lithiasi in *Polonia*.

In *Polonia* de calculi doloribus fere nihil compertum habemus. [2])

§. 23.

De lithiasi in *Hungaria*.

In *Hungaria* calculi renales et vesicales frequentes non esse, attamen in vini potoribus immodicis reperiri feruntur [3]),

§. 24.

De lithiasi in *Russia*.

Quamquam jam antiquissimis temporibus lithiasis ibi innotuit, utpote quum nono seculo Allii, seminum Urticae et multorum aliorum remediorum usus domesticus in Russia commendetur [4]), tamen de lithiasi endemica exactiores observationes antiquiores omnino desunt.

Nostra aetate *Isenflamm* [5]) lithiasin in *Russia* nominat: „eine Krankheit, die im Norden bei den gebildeten Ständen, wahrscheinlich wegen des Trinkens weisser französischer Weine, nicht selten ist." *Bisset-Hawkins* [6]) morbum calculosum in *Russia* *„very common"* esse dicit. Petropoli autem cl. *de Roos* inter 3980 aegrotos

---

1) *Richerand* Nosographie chirurgicale. ed 4. vol. III. pag. 528. — 2) Ibid. pag. 493. — 3) *L. L. Finke* Medic. pract. Geogr. B. II. pag. 204. — 4) *Richter* Geschichte der Medic. in Russland. B. I. pag. 136. — 5) Anatomische Untersuchungen. pag. 223. — 6) Medical Statistics. pag. 110,

uno anno curatos ne unum quidem vesicae calculis laborantem observabat [1]). Solum circa *Petropolis* silurica tantum strata continet, quibus proxime finitima sunt strata phonelinae [2]).

Novogordiae (Nowgorod) eadem est lithiaseos raritas, et *de Roos* [3]) in collectione lithiaseos per annos 1808 ad 1836 in *Hospitio St. Mariae Moskaviae* facta 2 tantum lithiaseos casus incolis *Novogordiae* adnotavit. Solum ibi ex phonelina constat. —

Annis, quibus diximus, cl. *de Roos* Wologdae 1, Permiae 1, et Costromae 1 tantum calculi casum observatum esse dicit, quarum praefecturarum solum e „Zechstein" formatur.

Tschernigowiae 2 et Nischegorodiae 5 lithiasi afflictos *de Roos* adnotat; solum ibi a montibus vetustioribus tertiariis et stratis devonianis formatur.

In praefecturis Tambow 6, Raesaniae 8, morbi calculosi casus occurrere. Solum ibi praecipue e stratis cretaceis constat.

In praefecturis Smolenskiae 9, Tulae 15, Orlowiae 25, Jaroslawiae 46, Kalugae 65 calculosi annis, ut diximus, observati sunt. Solum in his praefecturis e calcaria montana et carbonacea formatur.

In praefecturis Tuëria (Twer) 141, Wladimir 162, Moskaviae 922 morbo calculoso affecti curati sunt. Solum ibi e calce montana et Jurassio corallifero constat,

1) Jahresbericht vom Marien-Hospital für Arme in der Stadt *Petersburg* von 1835-1838. *Fricke* u. *Oppenheim*. Zeitschr. Band IX. pag. 419. — 2) Hac et sequentes observationes geognosticas transscripsi ex *Ermanns* Archiv für wissenschaftl. Kunde von Russland. Band I. 1. — 3) Tabellarische Uebersicht über das Vorkommen der Steinkrankheit im Marienhospital zu Moskau. In dem medic. Corresp. des Würtemb. ärztlich. Vereins. Band VIII. pag. 331.

Frequentiam autem Moskaviae certe majorem esse, ex aliis relationibus prodit, ut puta *Kuhl* [1]) sic exponat: „Es gibt wenige Städte in Europa, wo die Steinoperation häufiger vorkommt, als in Moskau; jährlich werden daselbst in den verschiedenen Hospitälern wenigstens 125 operirt, die mehrsten im Marienhospital, wo über 60, und im Katharinenhospital, wo 40 — 50 vorkommen; Prof. *A Pohl*, Oberarzt an letzterem hat seit 15 Jahren mehr als 500 Steinschnitte gemacht, Prof. *F. Hildebrand* aber, Wundarzt an ersterem, mehr als 2000.“ Dr. *de Roos* refert, mulieres indigenas ipsas lithiasin curare: „Sogleich werden alte erfahrne Frauen zu Rath gezogen, welche den Stein durch Saugen aus der Urethra herauszubringen suchen, was ihnen auch nicht selten gelingt.“ Quamobrem multos morbi casus a medicis non observari censendum est.

Plus dimidiata pars omnium casuum a *de Roos* adnotatorum in liberis infra decem annos in observationem venit [2]). De hujus morbi frequentiae causa *de Roos* refert: „Die Ursachen des häufigen Vorkommens der Steinkrankheit bei Kindern sind in dem Moskow'schen Gouvernement hauptsächlich in der nachlässigen Behandlung der Bauerkinder von Seiten ihrer Eltern zu suchen. Sie werden mit Mehlspeisen, Kartoffeln, Kuchen überfüttert, in engen, rauchigen, stinkenden Wohnungen unreinlich gehalten. Hiezu kommt, dass in den Dörfern das Trinkwasser unrein und schlecht ist, und viele erdige Bestandtheile enthält.“

Memoratu certe dignissima est observatio de ratione inter morbum calculosum Moskawiae et Alpium Suevicarum, in quibus locis solum calcareum et nutriendi liberos ratio causae morbi nominantur.

---

1) Vorrede zu *Tanchon* über Verengerung der Harnröhre. Uebers. von Brachmann. — 2) Loc. cit. Tabul. III. — 3) Loc. cit. pag. 333.

§. 25.

De lithiasi in *Brittania*.

Brittannia una est ex terris, in quibus lithiasis est frequentissima, quod magna librorum scriptorum copia demonstrat, ita ut, quod jam saepe dictum est, morbus calculosus pro populari haberi possit. Idem affert *Muehry* [1]), qui ubique in *Anglia* in Museis magnas systematis uropoëtici morbosi praeparatorum collectiones invenit. Idem addit, etiam peregrinos ibi mox observare, urinam suam turbulentissimam fieri et sedimentum continere. Idem *Autenrieth* affirmat, verbis [2]) „Wirklich machte ich an mir selbst die Beobachtung, dass die Harnabsonderung weit stärker während meines Aufenthalts vorzüglich im Norden von Gross-Brittanien vor sich ging; ja zu Invernes während einiger kalten Regentage so ungewöhnlich stark, dass ich beinahe in Besorgniss gerieth, von einem Diabetes befallen zu sein."

Lithiaseos vero distributio per Angliam pro soli natura et incolarum vivendi ratione diversissima est.

Londini ipsius lithiasin esse maxime frequentem, innummera declarant scripta. *Smithio* docente [3]), *Londini* quotannis circiter 47 lithotomiae deprehenduntur in diversis urbis nosocomiis, et secundum annales nosocomii *Londinensis* duae ex tribus partibus eorum, quibus calculi excisi sunt, ex ipsa urbe, unde 31 ex urbe et 16 ex regionibus proximis *(Surrey* et *Middlesex)* natos esse censendum est. Ob *Yelloly* rationem lithotomiarum ad *Londini* incolas [4]) (1,200,000) esse 1:38,000 refert. Docente *Muehry* [5]) in nosocomio *St. Thomae* 8 quotannis calculi extrahuntur,

---

1) Loc. cit. pag. 204. — 2) Uebersicht über die Volkskrankheiten in Grossbrittanien. Tübingen 1823. pag. 40. — 3) Philosophic. Transact. 1829. Part. I. pag. 57. — 4) Ibid. — 5) Loc. cit.

et in nosocomio *Londinensi* decem annis 41 excisi sunt. Inter numerum mortuorum 4095 „*of Equitable Society*" *Londini* intra annos 1801—1832 calculis 12 et diabete 8 e vita decesserunt [1]). Inter aegrotos 772, qui per 18 menses ab anno 1835 ad 1836 in internam partem nosocomii *Londinensis* septentrionalis recepti sunt, 6 diabete laborabant, 1 calculo [2]). — Lithiaseos autem frequentiam per centum annos superiores valde imminutam esse, ex tabula apparet, quam ex magno mortuorum catalogo *Marshallii* [3]) excerpsi. Quod ad numerum incolarum attinet, eos e *Surrey* et *Middlesex* contraxi, quia suspicari licet, horum comitatuum aegrotos Londini colligi.

Marshallio docente, *Londini mortui sunt sabulis, calculis et stranguria*:

Annis.	*Aegri.*	*Incolae.* (*Surrey et Midlesex*).	*Ratio inter mortuos et incolas.*
1650—1659	525		
1660—1669	630		
1670—1679	696		
1680—1689	590		
1690—1699	588		
1700—1709	461	779,100	1 : 16,900
1710—1719	550	793,000	1 : 14,418
1720—1729	610	806,900	1 : 13,228
1730—1739	540	820,800	1 : 15,200
1740—1749	345	834,700	1 : 24,194
1750—1759	259	848,600	1 : 32,764
1760—1769	257	896,314	1 : 34,876
1770—1779	386	944,028	1 : 24,456
1780—1789	444	991,732	1 : 22,336
1790—1799	302	1,039,446	1 : 34,419
1800—1809	152	1,087,172	1 : 71,531
1810—1819	165	1,277,127	1 : 71,401

1) *Hogg.* London as it is. pag. 125. — 2) Ibid. pag. 142. — 3) Mortality of the Metropolis. London. 1832.

Annis.	Aegri.	Incolae. (Surrey et Midlesex).	Ratio inter mortuos et incolas.
1820—1829	192	1,543,189	1 : 80,379
1830	18	1,813,829	1 : 100,768
1831	20	1,843,900	1 : 92,195

In comitatibus Kent et Sussex calculi saepissime inveniunter, ita cl. *Willis* [1]): „In der armen Gegend zwischen *Tunbridge-Wells* und *Lewes* sind Gries und Stein ausserordentlich häufig; die Einwohner sind schlecht genährt und haben ein schmales und schmutziges Ansehn; aber harte, d. h. steife Puddings und hartes, d. h. saures Bier sind die gewöhnlichen Bestandtheile ihrer Diät.“

In Herefordshire, Sommersetshire et Devonshire lithiasis rara est. In toto comitatu Herefordia intra plus 40 annos nullus lithiaseos casus adnotatus est [2]). Solum horum comitatuum montuosum e granite, caemento (new red Sandstone) et argilla constat [3]). Incolae multum bibunt vini ex pomis parati et *Willis* contendit [4]), hujus potus consumtionem raritatis calculi causam esse: „hier wird gewöhnlich und in grossen Massen Cider als Getränk genossen, welcher ausser Wasser, etwas Essigsäure, wenn er alt ist, und Alkohol, eine bedeutende Menge Aepfelsäure und überapfelsaures Kali enthält. Nun ist es aber allgemein bekannt, dass viele Früchte und ihre ausgepressten Säfte, Kirschen, Erdbeeren, und unter andern Aepfel, in ihrer Reifezeit, Personen, die an Gries und Harnsteinen leiden, eine grosse Erleichterung verschaffen.“ *Yelloly* de his comitatibus refert [5]): „The cyder counties were at one time supposed to be

---

1) Krankheiten des Harnsystems. p. 88. — 2) *Willis*. Krankheiten des Harnsystems. Uebers. von *Heusinger*. p. 87. — 3) Medic. Topogr. by *Shapter*. Prov. med. Transact. voll. VI. et VII. p. 283. — 4) Loc. cit, pag. 87. — 5) Loc. cit. pag. 65.

peculiarly liable to calculous complaints; but so little ground is there for this opinion, that *Herefordshire* seems to have a very peculiar exemption from that malady; and *Devonshire,* not to have more than the average cases of other counties.“

In Cornwallia lithiaseos eadem est raritas. *Forbes* in „Medical Topography of the *Landsend in Cornwall*[1])“ inter 8827 aegrotos per 17 annos 3 tantum calculi, neque ullum diabetae casum affert, et in eadem dissertatione contendit[2]): „calculus must, I think, be regarded as a very rare occurrence in the *Landsend.* During my residence there I did not meet with a single case, and only three cases are recorded in the Dispensary register in seventeen years, being in the proportion of only one stone in 3000 patients nearly. Similar evidence of the comparative infrequency of the disease was afforded by all the resident surgeons.“ Solum *Cornwalliae* plerumque ex granite, argilla et serpentino constat; coelum est lenissimum, sed humidum. Incolae multum metalla exercent[3]).

Comitatus Norfolcia ea est *Angliae* pars, ubi lithiasis est frequentissima; ita *Yelloly,* qui plurimas calculorum *Norvici* collectorum analyses instituit, refert:[4]) „The county of *Norfolk* has long been remarkable for the occurrence of calculous diseases among its habitants.“ Item *England* in dissertatione „On the frequency of the urinary calculi in the county of *Norfolk*“[5]) contendit: „We need hardly repeat — that *Norfolk* greatly exceeds every other county of England, as well as Scottland and Ireland, in the frequency of calculous diseases among its habitants.‘ ‘In *the Norfolk and Norwich-Hospital* annis 1772

1) Provinc. medic. Trancact. vol. IV. p. 152. — 2) Ibid. pag. 198. — 3) Provinc. medic. Transact. vol. II. pag. 1. — 4) Loc. cit. pag. 55. — 5) Edinburgh. medic. and surgic. Journal. Nr. CIV. pag. 175.

ad 1828 lithotomiae 649 institutae sunt, *Yellolio* auctore, quo ex numero *Norvici* ipsius 128, ex aetera *Norfolciae* parte 447, et ex comitatibus *Suffolk* et *Cambridge* 74 casus erant. Norvici (cum 50,000 incolis) igitur numerus rationalis inter morbi casus quotannis et incolas est 1:21,000, et pro caetera *Norfolciae* parte (cum incolis 301,000) 1: 38,000. Pars comitatus *Norfolciae* orientalis maximam vero exhibet frequentiam, id, quod *Yelloly* statuit: „the eastern parts of the country contributing more largely, than the western.“ Accuratissime nominantur pagi palustres *Walsingham*, et alii, frequentiam lithiaseos maximam exhibentes. Causam frequentiae *England* [1]) in nimia ciborum e farina paratorum consumtione, quorum imprimis „the Norfolk dumpling“ accusat, et in mala cerevisia („this is public-house beer, hardly inferior, to those of whisky und poteen“), deinde etiam in duris incolarum laboribus et vehementi euro positam esse censet, quo quidem *Norfolcia* acerrime perturbatur. Cl. *Willis* item judicat: [2]) „Norfolk ist vorzüglich dem durchdringenden Winde ausgesetzt, wovon die Haut ohne Zweifel in hohem Grade afficirt, und so ein Einfluss auf die Verrichtung der Niere ausgeübt werden muss. Ferner besteht die Diät der Bewohner in Waizenbrod, harten Klösen oder Massen von unvollkommen gegohrnem Teig mit fettem Speck und Käse, was hinabgespühlt wird mit dünnem, hartem Bier, d. h. einem bitteren Aufguss mit wenigem Weingeist und einem bedeutendern Gehalt an Essig“ et porro [3]) „Unterdrückungen der Hautausdünstung im Verein mit der Nahrungsart, welche dort gewöhnlich ist, sind aller Wahrscheinlichkeit nach die mächtige Ursache der Störungen der Harnabsonderung, welche die übermässige Bildung und den Niederschlag mehrer seiner suspendirten

1) Loc. cit. pag. 176. — 2) Loc. cit. pag. 87. — 3) Loc. cit. p. 95.

oder aufgelösten, aber leicht concrescibleu Bestandtheile in dem Körper in diesem Districte unsres Vaterlands bewirken." *Yelloly* quoque cibis farinaceis causam imputat, sed alia loco [1]) diathesis scrofulosae mentionem fecit: „I have alluded to a probable connection in towns, between the scrophulous and the calculous diathesis; and in the Norfolk district there is unquestionably a great disposition to every form of scrophula, from a slight enlargement of a submaxillary gland, to the severest states of articular, of pulmonary disease. Whether, however, the disposition is greater than in other counties; and how far, in this case, it may be connected with the calculous character of the district." Solum quoque in animalia vim perniciosam habere videtur, quum oves compluribus locis rhachitide laborent: — „I have often urged to break up a heath of black sand; but I was informed that the farmers were clear, that if he did it, his lambs would be *riketty*, by feeding on the turnips or grasses." [2]) Solum calcareum arenosum (ferreo-cretosun) et lutosum, modo turfa, modo permagnis paludibus est distinctum. [3])

In comitatu Warwik *Birminghamii* anno 1830 inter 2366 aegrotos ambulantes ejus *Dispensary* 3 calculo vesicae laborabant, priori anni 1831 parte inter 1758 aegrotos 1 lithiasi, anno 1832 inter 3366 aegrotos 1 diabete, nullus morbo calculoso affectus, anno 1834 inter 3342 aegrotos ambulantes in *Parsonsii* divisione 1 calculosus, in divisione *Rylandii* inter 2720 aegrotos nullus calculosus, anno 1835 inter 2975 aegrotos ambulantes *Parsonsii* atque inter 2173 *Rylandii* nullus calculo vesicae laborabat. In *Dispensary* praeside *Wardio* inter 585 aegrotos anno 1835 dimidiato 3 calculosi, anno 1836 in *Infirmary* prae-

---

1) Loc. cit. p. 81. — 2) General view of the agriculture of the county of Norfolk. London, 1813. p. 477. — 3) Ibid. pag. 5.

side *Rylandio* inter 1932 aegrotos 8 calculo affecti, eodem anno praeside *Berry* inter 2694 aegrotos 1 calculosus, anno 1827 in *Dispensary* praeside *Wardio* inter 453 aegrotos 3 calculo afflicti et in *Infirmary* praeside *Rylandio* inter 1590 aegrotos 5 calculosi erant; annis 1838 et 1839 in *Infirmary* praeside *Rylandio* inter 3766 aegrotos 25 lithiasi laborabant [1]. Quibus decem annis inter se comparatis quotannis ratio inter calculi casus et incolarum numerum (120,000) hic erit 1:24,000. Solum *Birminghamii* praecipue caementosum (red sandstone) est.

In comitatu Gloucester lithiasis in parte meridiana frequentior est, quam in septentrionibus. *Cheltenhamii* lithiasis rara est, ita *Nash* de hoc loco refert: „Calculous complaints are very rare; the operation of lithotomy has been performed only twice at the Casualty Hospital during the last fifteen years.“ [2]) Solum circa *Cheltenham* e caemento (new red sandstone) constat (unde fontes celebrati nascuntur), jurassio tabulato, arena (inqua urbs est sita) et jurassio oolithico [3]). Contra *Bristoliae* lithiasis frequentior est. Docente *Smith* [4]) ibi per 82 annos 354 lithotomiae institutae sunt, quarum 173 in incolis *Bristoliae* (87,000) et 181 in incolis regionis finitimae (750,000) factas esse censet. Qua ex causa *Yelloly* numerum *Bristoliae* rationalem 1:41,000 ponit et pro comitatu 1:340,000 [5]). Referente *Muehry* intra 10 annos 31 calculi ibi excisi sunt [6]). Contra *Addington* contendit: „Calculous disease are not so prevalent, as to lead the medical observer to refer them to any local peculiarities of diet“ [7]). Solum

---

1) *Midland.* Med. Reporter Voll. I, II, III. Prov. med. Transact. voll. I, II, III, IV, V. Reportes of *Persons* etc. — 2) Med. Topograph. by *Nash.* Prov. med. Transact. vol. VI. p. 295. — 3) Ibid. p. 251. — 4) Philosoph. Transact. 1829. Part. I, p. 65. — 5) Ibid. — 6) *Muehry.* Loc. cit. p. 204. — 7) *Addington Symond.* med. Topography of Bristol. Provinc. med. Transact. vol. II. p. 170.

circa *Bristoliam* constat e caemento carbonaceo, caemento (new cred sandstone), jurassio tabulato. Fontes quidam magnam copiam carbonatis calcici continent. Coelum est mite, minus humidum [1]).

In comitatu Worcester morbum calculosum non tam frequentem esse, quam in regionibus septentrionalibus, apparet ex his argumentis. In oppido *Kidderminster* anno 1828 — 1829 inter 1115 aegrotos in *Dispensary* nullus calculi casus occurrit. De oppido *Stourport*, cujus incolae imprimis carne, cerevisia et vino pomaceo vescuntur, *Watson* refert: „Calculous complaints are very inusual here, and in my own practice, they have occured more frequently among women then among men [3]).“ In urbe autem *Worcester* lithiasis saepe invenitur. Anno 1828 in *Dispensary* inter 592 aegrotos nullus calculi, unus diabetae casus, anni 1829 altera parte in *Infirmary* inter 566 aegrotos 3 diabete, nullus calculo, altera hujus anni parte inter 531 aegrotos 3 calculo, 1 diabete affecti occurrere. In *Dispensary* anni 1829 priori parte inter 256 aegros nullus lithiasi, secunda anni parte inter 176 aegrotos 1 diabete, nullus calculo laborabat. In *Infirmary* anni 1830 altera parte inter 599 aegrotos 1 calculo, 1 diabete, altera anni parte inter 582 aegrotos 2 calculo affecti observabantur. In *Dispensary* anni 1830 priori parte inter 402 aegrotos nullus, secunda anni parte inter 224 aegrotos 1 lithiaseos casus occurrit. In *Dispensary* anno 1831 inter 666 aegrotos nullus, in eodem clinico 1832 inter 2338 aegrotos 5 lithiasi laborabant. In *Infirmary* anno 1832 inter 1181 aegrotos 3 diabete et 1 calculo affecti erant. Annis 1835 et 1836 in eodem nosocomiis inter 666 aegrotos 3 diabete

---

1) Ibid. — 2) Provinc. Medic. Transact. Vol. I. — 3) Topographical Account of *Stourport* by *K. Watson* Provinc. med. Transact. Vol. II. pag. 181.

et 3 lithiasi laborabant. Inter 640 aegrotos ambulantes anno 1835 et inter 618 aegrotos anno 1836 nullus lithiasi affectus curabatur [1]). Quibus omnibus annis inter se comparatis, ratio inter calculo affectos et incolas prodit, ut 1:10,833. Solum urbis *Worcester* magnam partem est paludosum. Montes comitatus (*Malvenn-Hills*) constant e syeniticis saxis; celerrimi ibi sunt fontes. Coelum lene est [2]).

In comitatu Nottinghamiae intra 48 annos ratio quotannis inter morbi casus et incolas (146,000) docente *Yellolio* [3]), est 1:67,000.

In Shropshire lithiasis saepissime invenitur. In *Shrewsbury* annis 1838 et 1839 inter 6791 aegrotos 5 diabetae, 13 lithiaseos casus observabantur [4]), unde prodit ratio inter calculi casus et urbis cives (21,297) quotannis 1:3,292, qui numerus vero magnus est. *Shropshire* multos continet montes e new red sandstone, caemento carbonaceo, et jurassio tabulato. Incolae agriculturam et metalla exercent [5])

In Glamorganshire et in Wallia meridiana morbus calculosus rarior est. In *Swansea* per annos 1837 et 1838 inter 183 aegrotos in *Infirmary* 3, et inter 2102 aegrotos ambulantes 1 tantummodo calculi casus observabatur. [6]) Solum in *Glamorganshire* praecipue constat e caemento carbonaceo. [7]) Incolae metalla, et in magnis metallorum officinis exercent.

In Lancashire lithiasis morbus est non frequens.

---

1) Midland. Medic. reportes. voll. I, II, III. Provinc. med. Transactions voll. I, V. Dissert. a. *Streeten*, *Cole*, aliisque. — 2) Addison, Med. Topography of the *Malvenn Hills*. Provinc. medic. Transact. vol. IV. p. 87. — 3) Philos. Transact. 1830 pag. 424. — 4) Medic. Topography by *Ogier Ward*. Provinc. med. Transact. Vol. IX. pag. 247. — 5) Ibid. — 6) Medic. Topography by *Gutsch*. Provinc. med. Transact. vol. VII. pag. 249. — 7) Ibid.

In *Liverpool* inter 180,000 incolas, docente *Muehry*[1]), per decem annos 13 lithotomiae factae sunt, qua ex summa exigua numerus prodit quotannis rationalis 1,137,692. Solum in *Lancashire* praecipue constat e caemento carbonaceo, new red sandstone. Coelum humidum est.[2])

In comitatu Cumberland morbus est frequentior. In *Carlisle* per annos octo (1779-1787) lithiaseos et sabulorum casus 9, docente *Heysham*, occurrere[3]); numerus igitur rationalis inter morbi casus et incolas (8177) est 1: 7,268. — Solum caementosum et schistosum est.

In comitatu Northumberland et in parte comitatus Durham ad flumen *Tyne* sita, auctore *Headlam*,[4]) calculi raro observantur. In *Newcastle Infirmary* intra 30 annos superiores 95 lithotomiae institutae sunt. In *Gateshead* eodem tempore 29 lithiaseos casus curati sunt. Numerus igitur rationalis inter lithiasin et incolas (*Northumberland* cum 213,000, pars *Durhamiae* cum 166,000) est 1: 172,000. Numerum rationalem pro urbibus *Newcastle* et *Gateshead* cl. *Yelloly* refert 1: 40,000.

Tabula de lithiaseos in *Anglia* frequentia, quam cl. *Prout* novissimam nobiscum communicavit, partem tantummodo anni 1837 dimidiatam complectitur. Sed ex morbi casibus temporis tam brevis certa inter incolas et morbum ratio accipi non potest. Attamen tabulam hic adjungo.

„Fatal cases of Diabetes and of Calculus, occurring in *England* and *Wales*, from the 1st. July to the 31st. December 1837, both inclusive.“ (From the first Annual Report of the Registrar General of Births, Deaths, and Marriages in England, pag. 120 et seq.)

---

1) Loc. cit. p. 204. — 2) *Black* Med. Topography of *Bolton*. Prov. med. Transact. vol. V. p. 125. — 3) *Hogg* London ad it is. p. 124. — 4) Philos. Transact. 1830. p. 424.

District.	Population in 1831.	Disease.	Male.	Female.	Total.
1. *Metropolis*; including parts of the counties of *Midlesex*, *Surrey*, and *Kent*	1,594,890	Diabetes	3	3	6
		Calculus	13	3	16
2. *Manchester* and *Salford*. Part of the county of *Lancaster*	236,935	Diabetes	5	1	6
		Calculus	7	—	7
3. *Liverpool* and *West Derby*. Part of the county of *Lancaster*	218,233	Diabetes	—	1	1
		Calculus	5		5
4. *Leeds*. Part of the county of *York* . . .	135,581	Diabetes	2	—	2
		Calculus	1	1	2
5. *Birmingham*. Part of the county of *Warwik*	110,914	Diabetes	1	—	1
		Calculus	1	—	1
6. *Middlesex* (part of), *Hertfordshire*, *Buckinghamshire*, and *Bedfordshire*	515,893	Diabetes	1	2	3
		Calculus	3	—	3
7. *Kent*, *Surrey* (part of), *Sussex*, *Hampshire*, and *Berkshire*	1,351,236	Diabetes	5	3	8
		Calculus	17	3	20
8. *Dorsetshire* and *Wiltshire*	373,797	Diabetes	1	1	2
		Calculus	2	—	2
9. *Devonshire*	503,118	Diabetes	1	—	1
		Calculus	3	—	3
10. *Cornwall*	304,315	Diabetes	—	—	—
		Calculus	1	1	2
11. *Sommerselshire*	415,252	Diabetes	—	—	—
		Calculus	1	—	1
12. *Essex*	304,315	Diabetes	—	—	—
		Calculus	4	—	4
13. *Norfolk* and *Suffolk*	682,788	Diabetes	4	3	7
		Calculus	1	1	2
14. *Cambridgeshire*, *Huntingdonshire*, and southern parts of *Lincolnshire*	311,714	Diabetes	2	—	2
		Calculus	3	—	3
15. *Lincolnshire* (northern part of) *Rutlandshire*, *Derbyshire*, *Nottinghamshire*, *Leicestershire*, and *Northamptonshire*	1,045,133	Diabetes	4	1	5
		Calculus	18	2	20
16. *Oxfordshire*, *Gloucestershire*, *Worcestershire* (except Dudley) and *Warwikshire* (except Birmingham)	977,108	Diabetes	5	2	7
		Calculus	10	1	11
17. Mining parts of *Staffordshire*, *Shropshire* and *Worcestershire*	223,457	Diabetes	1	2	3
		Calculus	7	—	7
18. *Cheshire*, *Shropshire* and *Staffordshire* (except Mining Districts)	721,555	Diabetes	12	3	15
		Calculus	9	—	9
19. *Lancashire* (except Liverpool and Manchester), south of *Morecombe Bay* . . .	905,501	Diabetes	12	—	12
		Calculus	11	2	13
20. West Riding of *Yorkshire* (except the northern part therof, and Leeds	773,254	Diabetes	4	2	6
		Calculus	6	2	8
21. *City* and Ainsty of the City, and the East Riding of the county of *York*	199,515	Diabetes	—	1	1
		Calculus	6	—	6
22. *Durham*, and North Riding of *Yorkshtre*, with such parts of the West Riding as are not includet in District 20, (except the mining part).	319,042	Diabetes	2	3	5
		Calculus	3	—	3
23. The mining parts of *Northumberland* and *Durham*	318,941	Diabetes	—	—	—
		Calculus	8	1	9

District.	Population in 1831.	Disease.	Male.	Female.	Total.
24. *Cumberland* and *Westmoreland*, and such parts of the counties of *Lancaster* and *Northumberland* as are not included in districts 19 and 23	338,273	Diabetes	2	—	2
		Calculus	4	1	5
25. *Wales*, *Monmouthshire* and *Herefordshire* .	1,016,219	Diabetes	1	—	1
		Calculus	17	1	18
Totals in *England* and *Walis*	13,897,187	Diabetes	68	28	96
		Calculus	161	19	180

Notatu dignum mihi videtur, morbi calculosi raritatem in nautis et militibus, quam *Hutchison* et *Yelloly* exhibent, attingere. *Hutchison* refert, intra annos **1761 — 1821** in nosocomio *Londinensi* **12** tantum ex omnibus *Angliae* nautis calculo curatos esse [1]). Et numerum rationalem inter calculos et nautas ponit **1 : 400,000** [2]). *Yelloly* tradit, auctore *Macgregor* [3]), in exercitu *Anglico* in *Hispania* **1811 — 1814** ne unum quidem calculi casum inter **330,000** aegrotos esse observatum, et intra annos **15** superiores in toto *Angliae* exercitu **4** tantum calculi casus occurrere [4]).

§. 26.

De lithiasi in *Scotia*.

In magnis **Scotiae** urbibus lithiasis saepe, in aliis autem regionibus perrara invenitur.

De *regione meridiana* et *septentrion.* cl. *Yelloly* refert [5]): „In the southern and south-west parts of Scotland, as well

1) Philosoph. Transact. 1829. pag. 59. — 2) On the comparative Infrequency of urinary calculi among *Sea-faring People*. Medic. Chirurg. Transact. vol. IX. p. 443. — 3) Sketch of the med. History of the British Armies of the Peninsula of Spain and Portugal during the late Campaigns. Medic. Chirurg. Transact. vol. VI. p. 381. — 4) Philos. Transact. 1830. p. 426. — 5) Philosophic. Transactions. 1830. pag. 422.

as in the northern, the disease is exceedingly rare; for Dr. *Craigie* of *Edinburgh* informs me, that it is hardly known in the Dumfries Hospital, which, as being the only establishment of this kind south of *Edinburgh* and *Glasgow*, takes in a very large district in that part of the kingdom; and Sir *George Ballingall*, the Regius Professor of military Surgery in the University of *Edinburgh*, states to me, on the most respectable authority, that in Kelso and its neighbouring district, calculeus complaints scarcely ever occur." Rustici vegetabilii tantum et aqua vivunt, ut cl. Willis declarat [1].

Edinburgi contra intra 10 annos *Liston* solus 34 calculos excidisse dicitur [2]. In nosocomio chirurgico *Edinburgi* anno 1830 inter 2165 aegrotos chirurgicos 8, at anno 1831 inter 2287 aegrotos 9 lithiaseos casus occurrere [3]. Docente *Yellolio* in *Infirmary Edinburgi* intra 10 annos (1819 — 1829) lithotomiae 41 institutae sunt, quarum autem 24 tantum ex incolis *Edinburgi* et *Leithae* (138,000) esse dicit [4]; unde pro his urbibus numerus quotannis rationalis 1:42,000 inter morbum et incolas prodit.

In urbe Dundee, auctore *Yellolio*, lithiaseos casus ad incolarum numerum se habent, ut 1 ad 41,000, et in comitatu Forfar, ut 1 ad 82,000 [5].

Aberdonae intra 77 annos 285 calculi sunt excisi [6]; ratio igitur inter calculo affectos et comitatus incolas (155,000) est 1 : 42,000.

Glasgoviae in *Infirmary* intra 15 annos, auctore *Macfarlanio*, 49 calculi operatione remoti sunt [7], unde prodit ratio 1:71,000 inter lithotomias et urbis et regionis

1) Loc. cit. pag. 86. — 2) *Muehry* loc. cit. — 3) *Syme* Report of the Edinb. surgical Hospital. Edinb. medic. a. surgical Journal. N. CIV. pag. 21 et N. CIX. pag. 237. — 4) Philosoph. Transactions. 1830. pag. 422. — 5) Ibid. — 6) Ibid. — 7) Ibid. pag. 421.

incolas (147,000). In hoc nosocomio autem aegroti totius fere *Scotiae occidentalis* concurrunt. In propinqua urbe Paisley, cum incolis 38,000, intra 10 tantum annos 18 lithotomiae institutae sunt [1]; unde hoc loco ratio inter morbi casus et incolas 1:21,000 exhibetur.

In Inverness contra, auctore *Hutchison*, intra 20 annos ex comitatus incolis (90,000) calculi 5 tantum excisi sunt; unde numerus rationalis hic est 1:300,000.

In *Scotia meridiana* et *media* Montes tertiae et secundariae formationis praevalent, pars terrae *septentrionalis* montes primitivos habet.

§. 10.

De lithiasi in *Hibernia*.

In hac terra lithiasis morbus est rarissimus. Ita *Yelloly*: „from the result of the inquiries it appears," inquit, „that calculous diseases in *Ireland* are very rare, particularly in its country population. In various extensive districts, from which I have been favoured with returns, stone is interely unknown; and in others, it occurs with extreme infrequency [2]."

In urbe et comitatu Dublino inter 275,000 incolas ex computatione *Cramichaelis* 6 tantum quotannis lithotomia occurunt, quod etiam *Crampton* et *Hutchison* affirmant [3]).

In comitatibus Down, Monaghan, Leitrim, Sligo, Limerik et Waterford cum incolis 1,200,000, intra 40 annos superiores 9 tantum calculi excisi sunt; unde maxima lithiaseos raritas elucet.

In caeteris autem comitatibus in nosocomiis ex tempore fundationis, usque ad nostram aetatem lithiasis nun-

---

1) Yelloly. loc. cit. — 2) Philosophic. Transact. 1830. pag. 423. — 3) Ibid.

quam curata est, et neutiquam in iis regionibus morbus notus esse dicitur[1]). Id quod *Maunsell* affirmat, de comitatu *Donegal* dicens[2]): Calculus is a disease totally unknown in this part of the country, and as far as I have been able to learn, in the adjoining districts."

Yelloly quotannis 8 lithotomias in tota Hibernia occurrere censet, quarum 5 in comitatu *Dublino* (cum incolis 350,000), et 3 in caeteris comitatibus (cum incolis 6,000,000) inveniri.

Terrae solum praecipue e montibus primitivis constat, e granite, schisto micaceo et concrementis carboniferis. Littora ad meridiem et orientem sita e montibus transitoriis formantur. Incolae laboriosi praecipue tuberibus solani tuberosi et lacte fruuntur, interdum spiritum vini bibunt. Scrofula autem et phthisis pulmonalis crebro eveniuntur[3]).

---

1) *Yelloly.* loc. cit. 423. — 2) Topography of a district of the county of *Donegal* Edinb. medic. and surgic. Journ. N. CV. pag. 273. — 3) Philosoph. Transact. 1830. pag. 426.

CAP. IV.

DE LITHIASI IN AMERICA.

De hujus morbi ratione in America pauca tantummodo colligere potui, et quidem notationes tantum de lithiasi in *Peru* et *America septentrionali,* quae jam sequuntur.

§. 28.

De lithiasi in *Peru*.

In uberrima et experientia insigni dissertatione „On diseases in Peru [1])“ *Smith* ibi arthritidem semel tantum, diabeten semel se vidisse dicit, et porro: „Urinary calculi or gravel is so rare a malady, that I never knew or heard of more than one case of it during my residence in Peru; and that particular instance occurred in the person of a rich and elderly miner, from the mining district of *Cerro Pasco.*“ Quae autem verba ad veritatem accedere non videntur, quum is statim adjungat: „Disease of the urinary organs in men are frequently heard of under the name of Dysuria; and to promote the flow of urine, the natives drink a great variety of medicated soorts of beer, or chichas. But the truth is that the usual foundation of those disorders current under the appellation *males de urina,* are chronic inflammations of the urethra and

1) In complur. libell. *Edinb. medic. a. surgic. Journal.*

mucous coat of the bladder, or strictures in the urethra, which, very frequently, indeed, lead to the formation of fistulae in perinaeo [1])"

Num res ita se habeat, futuris observatoribus relinquitur. Caeterum ea regio montibus altis et graniticis, saltem primae formationis insignis est; aer tenuis et siccus.

§. 29.

De lithiasi in *America septentrionali*.

Saeculo superiori hac in terra lithiasin valde frequentem fuisse, nostra autem aetate rarius inveniri existimant, licet incolarum numerus, magnum in modum adauctus dicatur. Quod praecipue ad urbem Boston referendum est, quo loco, *Flintii* [2]) auctoritate, ante 50 annos nullus medicus insignis erat, qui non calculos plures excidisset; hodie autem unus tantummodo medicus ibi est, qui calculos excidit, et quidem octies tantum toto praxeos tempore, et bis in urbis civibus. Morbum decrevisse, *Flint* consumtioni potus „Punch" imminutae adscribit; quam sententiam Willis comprobat.

In urbe Louisville autem *Dudley* in 153 hominibus lithotomiam instituisse dicitur [3]), cujus curandi ratio a multis medicis laudatur.

1) Edinb. medic. a. surgic. Journal. N. CXLIX. 1841. pag. 460. 2) Willis loc. cit. pag. 90. 3) Willis loc. cit. pag. 343.

CAP. V.

DE LITHIASEOS ENDEMICAE CAUSIS.

Utut res nunc stant, indoles atque causa lithiaseos endemicae vix explicandae sunt; invenimus eam enim:

1) Et in calidis et in frigidis regionibus. Crebrae temperaturae vicissitudines forsan in quibusdam terrae plagis non sine jure accusantur.

2) Observatur inter homines, qui carnibus praesertim vescuntur (e. g. in *Anglia, Hollandia*), sed etiam in iis, qui vegetabiliis se nutriunt (e. g. in *India, Aegypto, Italia, Hispania*). Cibi farinacei, qui a quibusdam auctoribus accusantur *(Norfolk)*, in aliis terris (e. g. in *Germania*) sine ullo damno comeduntur.

3) Occurrit quidem in hominibus, qui spirituosorum potu delectantur (e. g. in *Anglia*, *Hollandia*, *Russia*), sed etiam inter agricolas, qui iis non abutuntur (ut in *India, Aegypto, Italia, Hispania*), et frequentissima observatur in pueris et infantibus (quod ex omnibus de calculis catalogis, praecipue ex iis *Heyfelderi*, *Raimanni*, *Roosii* elucet).

4) Lithiasis endemica in quibusdam regionibus occurrit una cum aliis cachexiis endemicis, *Scrofula* et *Rhachitide* (in *Asturia*, *Bohemia*, in *Alpibus Suevicis*, in regno *Wuertembergico*, in *Russia*, in *Anglia*, quod inter alios scriptores imprimis *Raimann*, *Heyfelder*, *Yelloly* contendunt), et *Arthritide* (in *Italia*, *Dalmatia*, *Bohemia*, *Hollandia*, *Anglia*); sed infitias ire nequimus, has cachexias in re-

gionibus frequentes esse, in quibus lithiasis endemica non observatur.

5) Ex iis, quae circa clima, temperiem et situm *Bengaliae, Sennarae, Aegypti, Venetiarum, Cremonae, Catalaunorum* (Chalons), *Lunae Villae, Hollandiae, Norfolciae*, urbis *Worcester* aliarumque monuimus, fortasse conjicies, morbum frequentiorem esse in regionibus profundis, udis, paludosis et quae crebrioribus temperaturae vicissitudinibus obnoxiae sunt; praesertim si ea comparaveris, quae circa morbi raritatem in *Persia, Castilia, Catalonia, Helvetia, Teriolo, Corrunwallia, Glamorghan, Wallia, Scotia, Hibernia* feruntur.

6) Verisimilitudinem prae se ferre videtur opinio eorum, qui saxa calcarea et solum junius accussant, et morbum in solo vetustiore rariorem esse dicunt, si ea comparamus, quae de insula *St. Mauritii*, de *Melita, Dalmatia, Asturia*, de alpibus *Suevicis*, de *Tueria, Wladimir, Moscavia, Kent, Sussex, Norfolcia*, et contra de *Aegypto superiore, Nubia, Abissynia, Persia, Castilia, Catalonia, Teriolo, Hassia superiore, Petropoli, Novogordia, Woloyda, Permia, Corrunwallia, Cheltenham, Clamorgham, Wallis, Scotia, Hibernia* adnotavi.

Nihilo tamen secius haec omnia dubia et incerta haerent; hoc tantummodo clarius elucere videtur, *morbum recentioribus temporibus rariorem factum esse, quam in antiquioribus fuit;* quod in *Hollandia* apertum est, et quod observationes in *Anglia, Dania, Scandinavia, America septentrionali*, et in *Germania* institutae verisimilius reddere videntur.

Si sunt, qui calculorum phosphaticorum originem ex cachexia scrofulosa repetant, iis eo usque adstipulor, quod cachexia scrofulosa saepius in membranas mucosas agit, earumque inflammatione et secretione depravata urina decompositionem saliumque phosphaticorum depositionem in-

ducit; vel etiam quod nutritione depravata urina statim phosphatica et alcalina secernitur. Sed hos calculos raros et magis fortuitos esse in introductione satis superque probavi.

Ex iis, qui eodem loco fusius exposui, elucet, nos neutiquam in partes eorum abire posse, qui acidi oxalici quoque secretionem ex vitio scrofuloso repetunt, hujus enim acidi evolutionem ex decompositione acidi urici deduxi.

Sin autem vera morbi natura quaerenda est in formatione et excretione acidi urici, lithiasis urinaria sine dubio proxime accedit ad cachexiam anthriticam, in qua eadem formatio et excretio evenit. Hujus commentationis finem transirem, si in arthritidis indolem ejusque affinitatem cum lithiasi inquirerem, quod jam saepius factum est. Quaedam tantum adjiciam de lithiasi arthritica.

Concretiones arthriticae in permultis corporis humani partibus jam dudum et antiquis observatoribus notae fuere. *Guyton* et *Fourcroy* primum salia phosphatica et carbonata in iis invenere; cl. *Wollaston* primus salia urica in iis detexit[1], quae tum quoque a cl. *Pearson*[2]) *Jäger*, *Vauquelin* et *Fourcroy*[3]), *Vogel* aliisque multis doctissimis medicis inventa sunt. Exactam analysin instituit *Van der Boon Mesch*[4]), qui tantummodo superurata calcis et sodae in iis invenit, continebant Acid. uric. 59,43, Sodae 15,09, Calc. 8,25, Sod. muriat. 5,60, Mater. animal. 10,34. Tum acidum uricum inventum est in secretione ulcerum cutis, in sudore[5]), etc.

---

1) Medic. Communic. 1784 et Philos. Transactions 1797. — 2) Philos. Transactions 1798. — 3) Annal. du Mus. Tom I. — 4) Bydragen tot te natuurkundige Wetenshapen. D. I. N. 2 pag. 127. — 5) *Wolf* singul. cas. calculositatis. Tubing. 1817.

Magni momenti sunt recentissimae observationes cl. ***James Murray*** „of disordered conditions of the human body caused by the presence of urinary salts, although not amounting to gravel or stone [1]);" clarus auctor observavit minima crystalla urica in neurolemmate nervorum hominum, qui neuralgiis laboraverant, et hoc modo naturam neuralgiarum arthriticarum in clara luce posuit, et demonstravit „the same acid, alkaline, or neutral products, which in some instances constitute sand or calculi, do in others prevail to excess in the constitution, in liquid or diffused state; and that they thus give rise to a series of nervous and other diseases of irritation, caused by acrimony and elementary derangement set up by the presence of urinary on other untoward impregnations in the blood." Neque minoris momenti habeo ea, quae circa genesin illorum concrementorum nuper aduotuit cl. *Ure* [2]), qui acute monuit „It is well known that persons afflicted with gout are liable to the effusion of a white liquid into many of the internal cavities of the body. This liquid consists of serum and urate of soda, with sometimes a little urate of lime. In the course of time, the serous particles become absorbed, leaving a kind of soft clayey residuum, which afterwards becomes hard and friable." Et praesertim „It is a remarcable fact, that, although this process is usually preceded and accompanied by inflammation yet there is no extravasation of coagulable lymph, no new covering or cyst surrounding the concrete matter, like pus in abscess. A circumstance which distinctly proves that the inflammation is not of a phlegmonous character, and that the nonabsorption of the deposid is to be ascribed to physical causes."

1) Reports of the brit. Assoc. vol. VI. pag 106. — 2) Transactions of the medic. chirurg. Society. vol. XXIV. pag. 30.

Me quidem judice haec concrementa eodem modo formantur, quo calculi urinarii: *Initio secernuntur salia urica, incitatione per haec facta sequitur secretio phosphatum et carbonatum.*